opaberis in p^ogenito bouis z ... tondebis pmogenita oium. Bon; pmogenitu est pncipium robuste opationis operari in eo est exerciti um publice ondere. Primogenitu ouis est initiu innocentis vite / qd non dz amoto velamine interioz secreti nudu humanis oculis ondi. Sepe eni pmordia scte conuersa tionis adhuc ex carnali vita pmix ta sunt: z io ostari no debet ne cu laudant bona que placet: decept^9 anim^9 laude / no deprehedat in se mala q latet. Jo. legit. Le. 19. Qn plantaueritis ligna pomifera/au fereti pputia. i. erupentia eoz ger mina: auferimus/ qz suspecti de in choationis infirmitate: ipa pmor dia bone opationis no approbam^9. Nec et initia/ imunda dicimus pp dubiu comixtionis vite carnalis: pp qd nec eis pascimur et laudati: qz non satisfacit nobis idipm q a pum^o opamur: g vt dicit Gre. So lus laude pfectoruz est sic onso ope auctoris gliaz querere vt de illata laude pu ta/nesciant extolli. Hinc legit Job. 31. Si vidi sole cu fulge ret/ z luna incedetez clare/ z letatu est in abscodito cor meu / z oscula tus suz manu meam ore meo. fm Gre. 22. li^o. moz. Sol fulgens e ma gnitudo vtutis pates hoibus lu na q sole illustrat est fama qua illu strat opus virtutis. Scti g viri z si no querut placere hoibus / nec ab eis gliam fame qrunt: tn ex actib^9 virtutu fiut grati hoibus interi^9: z glificant exteri^9: qd cu cognouer rit no videre sole fulgente/ qz gfaz hoiuz puertere no hnt grataz/ nec pprium opus qz ab aliis lucet ipsi attedunt. Gre. vere electi in eo q si bi placet/ oculos mentis diuertut z pene soli bona sua no videt/ q in se videda oibus ad exeplu pbent. Jte inna. i. fama virtutis clare in cedente no attedunt/ qz de glia fa me exterioris no gliant interius. Jte nec tacita exultatioe de se/ sz de deo z pfecte laudantium letant io ait / nec est letatu cor meu i abscodi to. Jte nec laudant verbo q faciut bona. vn ait. Nec osculat^9 sum ma nu mea ore meo. per manus qppe opatio / p os aut locutio designat manu g sua suo ore osculat/ q ore laudat qd facit: qua in re deus ipe despicit/ q opandi munera largit. Ex his g/ pz q viri perfecti. Pri mo qde lucet ex^o operis. Scdo ca uet itentionez huane laudis. Ter tio querut gliaz auctoris. Quarto subsequeti glia no extollunt: sz ea cotenut/ z calcat/ vn manifestu: qz solis pfectis e dcm. Luceat lux vra coraz homib^9/ vt videat bona opa vra zc. Jstud aut qd hic di. Attendi te ne iustitia vram faciatis coram hoibus zc. Etia impfectis pcipit. ¶ Scdo ronem h^9 pcepti adducit (aliogn mercede no hebitis) apd hoies qde mercede hetis/ sic de hy pocritis/ di. Mat. 6. Ame dico vo bis/ receperunt mercede sua. Sz no hetis/ mercedem pne hiditatis io ait (apd prez vrm q in celis est.) Et hec est tota merces esse apud eu. Qm apud ipm est fons vite. Joa. 14. Accipia vos ad meipm. Ut vbi ego sum z vos sitis: hac mercedez adhesionis diuine z exsidi apd de us tollit laudis huane appetitus: sepat eni a deo z piungit mundo. Hiero. No virtus/ ingt sz ca vtutis hz meritu apd deu. ¶ Nota qz in tentio laudis huane qdrupler de trimentu facit bone opationi. Pri mo qde pdit vtutis exercitium. Gre. 8. li^o. moz. Qd bonum qd ca-

cupiſcẽtia laudis oñdit occulti ad uerſarij iuri mancipant. Uñ Ezechias oĩa pdidit q̃ oñdendo inimicis patefecit.vt dicit 4°. Re. 20.
¶ Scdo appetit⁹ laudis bonum opus ↄuertit in vitiũ. Trenoꝝ.4°. Quõ obſcuratũ eſt auꝝ: imutatus eſt color optim⁹. Optim⁹ color ſoli deo velle placere. Sꝫ idẽ obſcuratur/vñ exterius cupit lucẽ. ¶ Tertio iſte appetit⁹ p̃uat celeſte pmiũ vñ Gre. 8.li°. moꝝ. Jntra ſeruãda ſunt bona q̃ agim⁹ ſi vicẽ nr̃i opis expectam⁹. Jdeo dĩ Apoc. 3°. tene qd̃ hẽs ne alius accipiat tibi coronam tuã. Appetit⁹ qdeꝫ laudis humane tollit coronã celeſtis premij bono opi debitã. ¶ 4°. hic appetitus obligat ad gehẽne ſuppliciũ. Apocali. 18. q̃ntum glorificauit ſe homo ⁊ in delicijs fuit/tantũ date ei tormentum ⁊ luctum.

¶ Sermo. 4. vj. ferie in capite ieiunij ⁊ in ordine. 16.

Tertio cũ dicit. (Cũ ergo facis elemoſynã) agit d̃ grati^{ne} elẏne. Et duo fac. Pmo enim oñdit qd ſit in ea cauendum. Scdo quid ſit obſuandũ ibi. (Te aũt faciẽte.)

Nõ qd i elemoſyna cauendũ.

Circa pmũ aũt duo fac. Pmo.n. tangit p̃ceptũ. ſcd̃o precepti rõnẽ adducit ibi (amen dico vobis). Rurſus circa pmũ 4^{or} fac. pmo.n. ſupponit elẏne largitionẽ. (Cũ ḡ facis elẏnas.) Elemõ dĩ miſericors inde elẏna/mĩa:facit ḡ elẏnã qui mĩam ope exhibet d̃ q̃ Mat. 12. mĩaꝫ volo ⁊ nõ ſacrificiũ. ¶ 2° phibet elemoſyne oñtationẽ/dicẽs. (Noli tuba canẽ añ te.) forte qdam largitiri elẏnas ſonantibus tubis ad ſui ſpectaculũ turbas vocabant qd̃ dñs phibet fieri: ⁊ vĩr oẽ preconiũ laudis qd̃ qs aut ſuo premittit opi/aut ex ope q̃rit/tuba ẽ. Jſti ſic

gallina lõgis q̃rclis denũciat oua ſe factur ã: ſcm aũt ↄtinuis clamoribus inſinuat. Jſta tuba op⁹ mie eſt/cuius deus eſt auctor iterimut. Amos. 2. Moab.q interptat ex pie. moueſ in ſonitu/⁊ clãgore tube. Et attẽdẽdũ q̃ q̃tuor circa hoc phibꝫ dñs. ¶ Pmo qdẽ iteriorẽ affectionẽ. (Noli) exteriorẽ pmulgationẽ. (tuba) q.d. noli q̃rere reſonare lõgi⁹ hãc tubã. pallas ſapiaꝫ/iudicauit abijciẽdã.eo q̃ deformet vultũ ⁊ faciẽ:vt dĩ. viij. Polit. Jtẽ phibꝫ interioris gr̃e regñtionẽ (canere) cãtus demulcet interius.q.d.ne q̃ras placere/interius hoibus. Jteꝫ phibꝫ laudis cognitionem (añ te) q.d.⁊ ſi lauderis ⁊ places/noli q̃rer hic fieri te p̃nte/nꝫ illud perſcruteris. ¶ Tertio adducit ſil̃itudinis exẽplificationẽ. (Sicut hypocrite) i.ſĩlatores (faciũt) quoꝝ ẽ fugiẽdũ exẽplũ. Job.xiij. Nõ veniet i cõſpectu dei oĩs hypocrita. Luc.xij. Attẽdite a fermẽto phariſeoꝝ quod eſt hypocriſis (i ſynagogis) .i.in cõgregationibus hoim/vbi multi cõuenũt (et in vicis) p q̃s multi trãſeũt:q̃rũt igr̃ hypocrite loci opportunitatẽ/vt ſua demonſtrent opa. .2.
¶ 4°. exprimit eoꝝ occultã intentionẽ (vt honorificent ab hoibus) quattuor q̃rũt hypocrite ex hijs q̃ faciunt aut interiorẽ gr̃aꝫ hoĩum/aut exteriorẽ laudẽ ⁊ gl̃iaꝫ que fama eſt/aut tpale cõmodũ/aut honorẽ ⁊ hũc ſup oĩa petũt q: honor eſt teſtimoniũ v̾tutis: vñ honorati videnſ v̾tuoſi. Sed tñ vt dicit Gre. Jſtoꝝ q̃runt tñ res magni meriti/ vili p̃cio venalem portant. 2°. eius dĩ. (Amẽ dico vobis). Ad huĩ⁹ precepti rõnẽ/q: fruſtrãſ eterna mercede (Amẽ dico vobis recepũt) id in tpe p̃terito:eiꝫ tñ merces boni opis ſit

opis ſit

ĝpic ſit futura: p eterna ĝ mercede tpalem iã hñt (mercedeʒ) merces tranſitoria mercẽnarijs daſ / filijs vero ſuaſ hereditas (ſuã) nõ diuinaʒ / ſʒ humano appetitu q̃ȝ optauerũt hũanã gliaʒ. Ergo hypocrite eternũ ꝯmutant p tpali: heredi tatẽ p mercede diuinũ bonũ p fauore humano. Gre. 8. li°. O miſeri qui affectatis hoĩum laudes in ſe metipſis diſſipãt fruct⁹ laboꝝ. ps. de⁹ diſſipauit oſſa. i. fortia opa eoꝝ qui hoĩbus placent / ꝯfuſi ſunt / qm̃ deus ſpreuit eos: nã in eis adimpletur illȯ Abacuc. 3°. Mẽtieſ opus oliue / opus eñi miẽ illis mentitur cũ p eo non recipiãt debitã mercedẽ opis. ¶ Deinde cũ dicit. (Te ãt faciẽte.) oñdit qd ſit obſeruãdũ circa elẏnã. Et duo facit. pmo eniʒ tãgit elẏne circunſtãtiã. Scdo adducit rõnis efficaciã ibi. (Et pi tuus.) Circa pmũ tria facit. p° enim ſupponit elẏne opationẽ. (Te aũt faciẽte elẏnã.) Luc. 1°. Qȯ ſupeſt a vr̃is neceſſitatib⁹ date elẏnaʒ: ꝛ ecce ola mũda ſunt vobis. Et vide qꝛ dicit te faciẽte / nõ ſte ſtãte: ꝯ eos q dũ viuunt nolunt elẏnas facere: ſed moriẽtes q̃ ſecũ ferre non pñt paup̄ibus diſtribuẽda teſtanſ. Vñ lucia v̄go ait / mr̄i ſue / qȯ moriens das / iõ das qꝛ tecũ ferre nõ potes. Nõ ĝ elẏne nos / ſequanſ / ſed pueniãt nos / vt recepi mereamur ĩ celũ. Sicut munera pmittimus hijs quoꝝ volumus hr̄e grãm ꝛ victualia añmittimus ad locũ quo vadimus. Ecc. 14. Añ mortẽ bñfac amico tuo / ꝛ ſʒ vires tuas exporrigẽs da paupi. ¶ Scdo tãgit opis diſtinctionẽ (neſciat ſiniſtra tua qd faciat dextera tua). Sič dicit btũs Augu. Quidã p ſiniſtrã intelligũt inimicũ / p dextrã / v̄o amicũ. alij infidelẽ dñt eẽ ſiniſtrũ / fidelẽ v̄o dextruʒ. quaſi elẏna vr̃a dẽat eſſe nota amicis ꝛ fidelibus. Hec ãt expoſitio nõ ẽ cõgrua / qꝛ vt dicit aplus Ro. xij. puideamus bona / nõ tm̃ corã deo ſʒ ẽt corã hoĩbus. Nonnulli v̄o p ſiniſtrã / mulierẽ intelligũt: p dextrã ãt viꝝ: ꝛ qꝛ mulieres tenatiores cõſueuerũt eẽ in largiẽdis elẏnis: iõ di q mulieri ſit occultãduʒ qȯ ſit p dextrã. Sed nec iſta expõ ꝯueniẽs eſt. Nõ. n. daſ iſtȯ pceptũ viris tm̃ / ſed ẽt feĩs / cũ igiſ ipſe faciũt elẏnaʒ q̃ gerit eaꝝ ſiniſtra cui ſit occultandũ opus dextre. Ergo ſm btũʒ Augu. p dextrã intelligiſ volũtas iplẽdi diuina pcepta. ps. Tenuiſti manũ dextrã tuã: ꝛ in volũtate tua deduxiſti me p ſiniſtrã v̄o dſignaſ delectatio ꝛ appetit⁹ laudis humãe. Sicut di Iudicũ. 20. q viri gabaa ita ſiniſtra vt dextra pliabanſ viri gabaa. i. procliui appetitiores ſunt laudis hũane: qꝛ quo ſe ampli⁹ extollũt magis deijciunſ. Iſti ita pliãtur p obtẽtu ſclaris glie / ſič dẽrẽt cõtẽdere p eterna mercede. Eſt ĝ ſenſus. Cũ facis elẏnã dextra ĩtẽtione cõplẽdi dĩna pcepta / caue ne ſiniſtra. i. appetit⁹ laudis humane ſi pueniat: qñqȝ. n. ſola dextra opus ĩceptũ pducit ad finẽ. Qñqȝ v̄o bonũ opus qȯ ĩcepit dextra / ſupueniens ſiniſtra / illud terminat vel aliť p dextram põt intelligi expectatio mercedis eterne: p ſiniſtrã v̄o tĩor ĩdigẽtie ꝛ pauptas. Eſt ergo ſenſus. Cũ pp retributionẽ eterne hereditis facis elẏnã: timor ĩdigẽtie non te ſollicitet: plures cũ ſollicitudine ne deficiat ſibi dãt elẏnaʒ fatuuʒ ẽ aũt timere ĩdigẽtiã fidelẽ diſpẽſatorẽ dei. Eccle. 10. Cor ſapiẽtis in dextra eius. i. ſola eterna expectat: cor aũt fatui in ſiniſtra; qꝛ ſp dubitat ſi-

nistrũ aliqd ꝛ aduersum.❡Tertio tãgit opis occultatõez (vt sit elẏna tua in abscõdito) nõ solũ alijs hoĩbus:sed ẽt tibiipsi.Et hoc ẽ ignoɫa re sinistrã qd faciat dextera.i.teips adhuc existẽ in sinistra mortalitalis lateat qd facis ĩ dextra ĩmortalitatis.Eccle.29.ꝯclude vel abscõde elẏnam in sinu pauperis/ ꝛ hec ꝑ te exorabit ab oĩ malo. Sic btũs nicolaus abscõdit elẏnas liberãs virgines ab ĩfamia.❡Ultimo cũ dicit.(Et pr tuus)huiꝰ ꝓcepti adducit rõnis efficatiã.ibi (ꝛ pr tuꝰ.) Jã quattuor vicibꝰin euãgelio dcũ dixit esse prez nrm.Primo cũ exortatus est nos ad inimici dilectionez. Scd̃o ꝓuocans ad dei ĩmitationez Tertio dirigẽs nre iustitie ĩtẽtionẽ.Quarto ꝓmittẽs eternã retributionẽ(q videt).i.cogñscit/ ẽt qcũqꝫ in abscõdito facta (reddet tibi) Sapie.10. Reddet deꝰ mercedem laboꝝ sctõꝝ suoꝝ. Sꝫ qd reddet nobis pius/pr nisi hditatẽ filioꝝ?hẽditas võ retribuenda ipse est: hoc nihil melius/nihil dulciꝰ/nihil carius/ nihil securius esse põt.ps. Deus ps hditatis mee / ꝛ calicis mei : tu es qui restitues hereditatem meam mihi ꝛc̃.

❡Sermo.5.6.Ferie in capite ieiunij ꝛ in ordine.17.

Nõ orãdi modum.

Et cũ oratis.nõ eritis sicut hypocrite ꝛc̃). Jsta ps forte ad enãgeliũ ꝑtinet hꝰdiei.Nã libri qdã enãgelioꝝ ipsaꝫ hñt/ ꝛ antiphona sup magat. Hinc sumpta est.Diuidit aũt in duas ꝑtes:qr ĩ prima docet qd orãti sit cauedũ.Jn fa qd obseruãdũ.(Tu aũt cũ oraueris).prima in tres.Pmo.n. ꝓhibet oĩonis simulationẽ.Scd̃o declarat simulationis actionẽ(q amãt).Tertio simulate oionis ponit retributionẽ.(Amẽ dico vobis). Jn prima. Pmo supponit oĩonis studiũ.(Et cũ oratis.) Damascenus.oio/inqt/est ascẽsus mentis in deũ. Et Augu.Cũ oras/deo loqris. cũ legis deꝰ tibi loqr. Scd̃o ꝓhibꝫ hypocrisis vitiũ(nõ eritis sicut hypocrite).i.simulatores/laudẽ hoĩꝫ ex ore qrentes hoꝝ oio nõ ẽ ascensus in deũ:sed potꝰ ad inferna descendit.Uñ Gre.31.li.moꝝ.Strutioni cõꝑat/q pẽnas qdẽ hꝫ ꝛ alas sed tñ volãdo nõ põt se tollere ĩ altum .❡Deinde cum dicit. (Qui amat) declinauit simlare oionis actũ vbi tria tãgit.Primo qdẽ hypocrisim patẽtẽ.Fo hypocrisim latẽtem. 3º.cõem vtrũqꝫ mẽtionẽ mouẽtez. Et qr ĩtẽtio prior ẽ iõ pruꝰ eã insinuat ordo lre.(Qui amãt). i.cupiũt. (orare vt videant ab hoĩbus) vel vt cõgrãt sibi ab hoĩbꝰ grãm amicoꝝ/vel laudẽ verboꝝ/vel fauore m obseqoꝝ. Et aduertẽdũ qr dicit amant orare/vt videant: qr fm glo. Non est nephas videri:sed appetẽ videri.scd̃o ponit modus hypocrisis patẽtis. (stãtes):vt ẽt vultu cognoscant (in sẏnagogis) ꝛ ꝯgregatioĩbꝰ:vt a multis videant: taliter orãtes q apte se hypocritas ostdũt aut hypocrisis suspitiõez nõ vitãt. Sꝫ ẽ alr modꝰ hypocrisis astutior eoꝝ q callide:sic se ostdũt hominibus : vt tñ nolle videri videantur de quibus subdit(stantes) vt vultu quidez discernantur. (Sed tñ in angul' plateaꝝ.) Angulus est locus occultꝰ:platea locus publicus ꝛ aptus.q̃ in angul' orãt/ qñ videri nolẽtes.Sꝫ tñ ĩ angul' plateaꝝ orãt/ vt videãt nolle videri.Jsti õ fuga hypocrisis astutiores hypocrite sunt/q̃ rũ viciũ iõ cũ difficultate sanat.Sꝫ correctionis aditũ nõ hꝫ : nemo.n. sic orãtẽ audet corripe. Et aduertẽ

dū q p stantes in synagogis/ & p stā tes in angul' plateaꝝ itelligunt oēs/ & patent & latent orādo. Cū.n.qs ne scit ypocrite tegē vitiū hypocrisis: hic stās in synagogis orat. Cū vero qs fīlat se velle videri orare: & h ipz cupit videri: hic stās in angul' plateaꝝ orat. ¶ Deinde sic orātiū ponit retributionē (amē) .i. vere. (Dico vobis receperūt mercedē suā.) qd iā receptū est tēpale & trāsitoriū est: qd vo in futuro recipiēt vi adoratores/ eternū & imutabile. Et iō cū dicit receperūt mercedē suā/ ondit tēporalē eē mercedē: receperūt.n. qd itēdebāt.s. videri ab hoīb⁹: visi ēt sūt. Sz vi adoratores itēdūt poti⁹ vidē deū. ¶ Deinde cū dic. (Tu aūt cū oraueris.) Docet xps qd in oione sit obseruādum. Et quattuor facit. ¶ Primo.n. supponit oionis actū. ¶ Scdo iformat orādi modū (.Intra cubiculū.) ¶ Tertio asserit dei placitū. (Et pr tu⁹). ¶ Quarto premittit oionis fructū (reddet tibi.) In pma dicit. (Tu aūt cū oraueris) q vtiqz bitu semp actu vo sepe agēdū est. Luc. 18. oz semp orare/ & nō deficē. Glo. ibidē. Justus/ inqt/ semp orat/ qz semp agit bona: nec desinit orare nisi cū desinit esse iustus. Est aūt necīa nobis assiduitas orādi: qz oī hora tētationib⁹ piclitamur. Sz orādo tētatio abscedit/ & adiutor de⁹ accedit. ¶ Deinde cū dicit. (Intra.) Ponit xps modū orādi: cuius suma ē/ vt hoīuz nō acquirat aspectus/ sz oio sit occulta. Et tria tāgit trib⁹ poib⁹ opposita. pmo.n. dic q qrat oionis loc⁹ secret⁹: ꝯ hypocritas patētes. Scdo q claudat hostiū ꝯ hypocritas latētes. Tertio q sit abscōdita/ ꝯ vtrorūqz itētiones monētes. In pma dicit. (Intra cubiculū) .i. thalamū (tuū.) ad litteram orāti qz locus secret⁹ querēdus ē/ ne efferat ei fauor hūan⁹: qz si possit fauorē & gliā hoīuz nō appetē: difficile tn est oblatā respuē. g ne fiat appetit⁹ hypocrite. locū orādi secretur elige. Sz ne sit occult⁹ hypocrita (clauso hostio.) cubili. (ora prez tuū) ne p apertū hostiū videaris clā orare & signāter dicit (prem tuū) .i. deū prez: cui⁹ es fili⁹ adoptiu⁹. Si .n. fili⁹ es dei pris: sufficiat tibi ei soli patere vota tua. Sz qz in cubili/ & clauso hostio orās nihilomin⁹ voce strepitu multisqz alijs modis posset venire ad notitiā hoīuz: iō vt excludat oēz itētionē apparētie exterioꝝ/ subdit (i abscōdito) .i. oio tua nullaten⁹ ab hoīb⁹ cognoscat. vbi aduertēdū vt pus dictū ē/ qz nō videri/ sz velle videri vitiū ē: & iō si qs orat palā: lz ab hoībus visus: nō tn vult ab eis videri: ille in cubili clauso hostio secrete orat prem: iō cubiculū & hostiū fz glosaz nō exteriora loca/ sz iteriores aīe vires significāt. Exponat g sic. (Tu aūt cū oraueris itra.) nō extra qrēdo deū sz hoiez totū iteriorē recolligēdo i se ne mēs euaget iteri⁹ (in cubiculū tuū) .i. secretū mētis archanū/ vbi requiescit spōsus/ q admittit amic⁹/ vbi in tēplo viuo est vnētis dei imago: iō locus ē oiom aptus (& clauso hostio.) Hostiū est carnal' sensus/ visus/ auditus/ gustus/ odoratus/ & tactus/ & fantasia. ¶ Nā p h qsi p hostia exteri⁹ sensibilia mētis cubiculū intrāt. Sz oionis tpe claudēdū est hostiū: vt cūcte repellant cogitationes/ q iprobe se ingerūt mēti. Un̄ habraā de sacrificio dñi abiebat aues .i. muscas/ qz iportuna cogitationū fantasmata ab oionis sacrificio sunt repellēda. Istis muscis .i. iportunis & imūdis cogitatiōib⁹ pcussa est egy-

ꝓmus:qm̄ talibus:fantasmatib⁹ affli gunť:sic legiť. 2.Re.4. Qr cū ancil la hostiaria obdormisset meridie/ īgressi duo latrones dormiēte ysbo seth/ꝑcusserunt in inguine/⁊ caput ei⁹ absciderūt.Hostiaria ē circūspe ctio/q̄ hostiū mēt; dʒ obseruare.H si nō fuit vigilās ⁊ attēta malignis spiritibus ītra claustra mēt; aditū ꝓbet:⁊ ꝑcutiť hō in īguine/ qr car nis delectationi cōsentit.Caputqȝ ei⁹ abscidiť/ qr iudicio rōnis ꝑuať. (Ora pꝛeʒ tuuʒ in abscōdito.) Et h dupľr.Primo qdē i abscōdito orat pieʒ/q nō labijs/ſʒ cordis archano deo pri loquiť.sic legiť. 1.Re.1. q̄ anna orās loquebať in corde suo: tm̄qȝ labia ei⁹ mouebanť ⁊ vox pe nitus nō audiebať.Sic ēt orabat q ait:oīo mea i sinu meo cōuerteť.Et iteꝝ/bn̄dcūs dn̄s q nō amouet oīo nē meā a me ⁊ apl's orabo spū/ora bo ⁊ mēte.psallā spū/psallā ⁊ mēte. Eꝫ vō qdē voce tm̄ patēti/⁊ nō se creto cordis orāt deū de qbus ipse ait ppl's hic labijs me honorat:cor aūt ipsoꝝ lōge est a me.Jtē i abscō dito orat piem/ q soli deo sic cupit placē orādo/ vt ēt sibi nolit videri. neqȝ a se de seipso gliēť. Job. 31. Neqnaq̄ osculat⁹ suʒ manū meaʒ/ neqȝ in abscōdito letatū ē cor meū .i.neqȝ laudaui oꝑa mea qd̄ est ꝓ ꝑpiā manū osculari/neqȝ de abscō ditā oīone mea hoīb⁹ in meipso /ſʒ ī deo poti⁹ letat⁹ suʒ.℄ Scdē i ab scōdito oīonis ponit dīnā appro bationē/⁊ acceptationē dicēs. (Et pr tu⁹ q videt ī abscōdito.) Uidere dei dupľr itelligiť.s.pro intuitu / ⁊ ꝓ placito ei⁹.Et q̄ʒtū ad ꝓmū certū ē q̄ oīa videt.i. ītueť/⁊ bona/⁊ ma la:siue ī apto/siue in abscōdito fiāt ideo ait Boeti⁹. Magna vobis est si dissimuľare nō vult; nec̄itas ī deā

Uidere dei du pliciter.

ꝓbitat;/cū añ oculos agel; iudicꝭ cūcta cernēt;.Jtē vidē dei intelligiť acceptare. i.approbare. sic dr Gn̄. 4.Respexit de⁹ ad abel ⁊ ad mune ra ei⁹ ad cayn vō ⁊ ad munera ei⁹ nō respexit:qr illi⁹ approbauit:isti⁹ aūt munera reprobauit.Jtaqȝ oīo nē in abscōdito factaʒ de⁹ pr videt nō solū intuēdo/ſʒ ēt acceptando: qr ipsi⁹ grā tm̄ hmōi oīo fit.℄ Ul timo poniť acceptate oīonis ꝓmiū. (Reddet tibi.) Glo. fructū oīonis ⁊ mercedē fidei.vbi aduertēduʒ q̄ oīoni deo accepte duo redduntur: vnū q̄ oīo mereť:alteꝝ q̄ īpetrat ꝓ mū⁹ſꝑ reddiť/alteꝝ qn̄qȝ nō; dať.Jl lud q̄ mereť oīo deo accepta/est ꝓ miū vite eterne:siue.n.qs ꝑ se /siuē ꝑ alio oret/siue ēt spūalia/siue tēpa lia postulet/siue nihilomin⁹ illa im petret/vel nō impetret non tn̄ ca ret oīonis fructu/ q est vita eterna quā mereť oratio ex charitate ꝓce dēs.Reddet ergo deus orāti in ab scōdito/ sed qui reddet sibi nisi pro abscōdito oīonis merito abscōdi tū btitudinis ꝓmiuʒ qd̄ latet oēm mortalitatē.Esa.64.Oculus nō vi dit de⁹ absqȝ te/ q̄ ꝓparasti expectā tib⁹ te. ⁊ ps. q̄ʒ magna multitudo dulcedis tue dn̄e/quā abscōdisti ti mētib⁹ te.Et iteꝝ abscōdes eos ī ab scōdito vult⁹ tui.Jllud aūt ad cui⁹ īpetrationē tēdit ꝑ fidē oīo pōt eē aliqd tpale ꝑ se vel alio.Sʒ nō sem per obtineť: ꝓsertim si orāti nō sit vtile/neqȝ illi ꝑ q̄ orat illo sit dign⁹. Sʒ tn̄ oīo ēt nō īpetrās pōt eē me ritoria gr̄e.vn̄ paulus orās/vt tolle reť ab eo stimulus carnis / nō ipe trauit/meruit tn̄.Et samuel orās ꝑ saule nō est exaudit⁹: grata tn̄ fuit ei⁹ oīo.Aliqn̄ aūt duo ista in oīone cōcurrunt/qr ⁊ mereť ⁊ īpetrat.Et tūc/vt dicit Glosa reddit de⁹ fructū

ctionis q̄ntū ad p̄mū p mercede fidei. z q̄ntū ad 2^m. Sic Moyses orauit p p̄plo. Exo. 33. q̄ oratione sibi am plius meruit/ z eoꝝ salutē īpetrauit.

Sabbato post diē cineꝝ. Scdm Marcū. Cap. 6.

In illo tpe. Cū sero esset factū: erat nauis in medio mari: z iesus solus in terra. Et vidit discipl'os suos laborātes i remigādo: erat. n. vētus ɔtrari⁹ eis. Et circa q̄rtā vigiliā noctis venit ad eos ambulās supra mare: z volebat p̄terire eos. At illi vt viderunt eū ambulantē supra mare: putauerūt phātasma esse: z exclamauerūt. Oēs. n. eū viderūt: z ɔturbati sunt. Et statiȝ locut⁹ ē cū eis: z dixit illis. Cōfidite: ego suȝ: nolite timere. Et ascendit ad illos i nauiȝ: z cessauit vētus. Et plus magis intra se stupebāt. Nō eni itellexerāt de panib⁹. Erat eni cor eoꝝ obcecatū. Et cū trāsfretassēt: puenerūt i terrā genesaret: z applicuerūt. Cūq; egressi essent de naui: cōtinuo cognouerūt eū. Et pcurrētes vniuersā regionē illā ceperūt: grabatis eos q se male habebāt circūferre: vbi audiebāt eū eē. Et quocūq; itroibat i vicos, vel in villas, aut i ciuitates: i plateis ponebāt ifirmos: z d̄pcabant eū, vt vl' fimbriā vestiméti ei⁹ tāgerēt. Et quotquot tangebant euȝ: salui fiebant.

Sermo p̄mus sabbati in capite ieiunij z in ordine. 18.



Cum sero eēt factū/ erat nauis i medio mari z ipse solus i terra) Mat. 14. z Jo. 6°. Marci. 6°. Post legis antiq; amara p̄cepta/ q̄ v̄tit fons sapie in dulcedinē charitatȝ. Jn helim q̄rtā māsiones hodie venimus vbi erāt. 12. fontes aquaꝝ/ z. 70. palme. helim īterpretat' fortes deficientes. Tria igit' hȝ māsio. p̄mo qdē laborē ī q̄ ēt fortes deficiunt. Scdo in labore p̄ntȝ vite fuerūt fortes aplici. Et tertio martirū palme: in aplis doctrina/ ī martyrib⁹ victoria tormētoꝝ laudat': fōtes sunt. 12. q: p q̄ttuor mūdi ptes fonte diue trinitatȝ effundet' palme martyꝝ. 70. sunt: q: ex oīb⁹ gētib⁹ z linguis q̄ꝝ numer⁹ septuagenarius est martyres fidei reportauerunt victoriā. Sicut di Apoc. 7. Ex oīb⁹ gētib⁹/ z tribub⁹/ z linguis/ z pplis stabāt ante thronū/ amicti stol' albis/ z palme in manib⁹ eoꝝ. De hijs itaq; p̄ns euāgeliū ait. q: 12. fontes apli ci referunt' laborē in remigādo: q̄b⁹ adest p̄ncipalis vite fons xp̄s/ z sup aquas mūdane psecutiōis ambulās supauit mūdū/ cui⁹ armati v̄tute palmas victorie martyres attulerunt. Tres aūt ptes hȝ euāgeliū istd. Jn p̄ma tāgit' solatiū p̄n-

tie corpal' qd xps attulit laboratib9 In scda ponit subsidiu potetie spua lis qd exhibuit periclitatib9 ibi. (Et statim locut9 est cu eis). In tertia bn ficiu medicie salutaris. qd apposuit infirmatib9 ibi. (Et pcurretes.) Prima ps in tres diuidit. Na pmo circa aplos describit labore difficilem. Scdo ipsi9 xpi ponit aduetu mirabile ibi. (Et circa horam qrtam). Tertio in ipsis aplis insinuat panore terribile ibi (at illi. vt viderut). ¶ Cosideradu pp pmu q xps vltra mare thyberiadis eduxit maxima multitudine in deserto vbi ex. 5. panib9 et duob9 piscibus satiauit. 5. Millia hoinum: q facto madauit discipulis vt nauicula ascenderet et pcederet eum transfretu donec dimitteret turbas: qb9 pcedetib9 turbe pp miraculu fcm voluerut xpm face rege q ipse psentiens occultauit se ascedes i mote solus orare/ que cu turbe no inuenissent redierut ad ppria. Cu g oes abijssent/ ia nocte iminete/ solus venit ad littus maris/ et vidit discipulos laborates in remigando. Circa hoc itaq sex tagit conditiones. pmo qde tpis qlitate. (Cu sero eet factu) Jo. dic tenebre ia fce erat. attede qz hoiem de9 creauit i plena luce ronis pfecte/ qua designat dies sext9 i quo creat9 est. Senari9. n. e pmus et perfcus numer9. Sz cu peccado a va luce diuertit secute sunt eu iteriores tenebre: quam signu sut corpales iste quos patit. 2°. ponit marini sit9 mediate. (Erat nauis) Mat. dicit nauicula (in medio mari). Jo. dicit q apli nauigauerut p stadia. 25. angu. 30. est aut stadium octaua ps milliarij: pz q distabat a terra p tria milliaria integra de qrto at milliari aut vnu tm remigabat stadiu/ aut duo tantu stadia remigada restabant. Rursus sm Mat. Nauicula ista in medio mari iactabat fluctib9. Et h, io / qz vt Jo. dicit mare magno veto flate exurgebat. i. itumescebat et fluctuabat. 3° ponit xpi singularitate. (Et ipse solus i terra). Jo. 8. solus no sum. sz ego et qui misit me pr. Respondeo Solus dr no cu alio hoie. Quarto ponit xpi pietate. (Et vides eos). Beda vide dei e misericordit respice. ps. vides qm tu labore et dolore psideras. Quinto ponit laboris difficultate. (Laborates i remigado). No solu hoi labore in terra vn viuit Gen. 3. In laborib9 comedes pane ex ea/ sz et in mari et i cuctis opibus suis laborat Job. 5. ho ad labore nascit. 6°. hui9 laboris cam agit. s. veti prietate (. Erat. n. ventus prios). pp pcum deniq hois ois creatura fca e sibi pria/ q an petum erat ei pacifice subiecta. vn adamati9 super Josue petoi/ ingt/ ois creatura hostis est: iusto aut fuiunt oia: allegorice psideradu qz vt dic Glo. Mare psns sclm est. na mare hz pgregatione aqru/ fluit/ fluctuat et mole sine liquidu e: aq dsignat mala culparum et pene. ps. Saluu me fac deus/ qm intrauerut aq vsq ad aiam meam. Et qz i supioribus no est malu/ sed i hoc mudo tm: io mudus iste mare di. Gen. 1. Cogregationes aquaru appellauit maria. ¶ Ite mare fluit et refluit: sic in mudo isto gnatio et gnatio aduenit. ¶ Item fluctus maris est varietas fortune/ sm quam aliqn extollutur hoies/ et statim deijciunt. ps. ascedut vsq ad celos et descedunt vsq ad abyssos: aia illorum in mal' tabescebat. ¶ Ite sicut mare qz no solidu in intetu si bi mergit no sustinet/ ita mudus iste fallit eos q spe ponut in eo ps.

veni in altitudinem maris/ ꝛ tēpestas demersit me. ¶ 2° vidēdū est qd sit nauis: ipsa est eccl'ia fideliū/ vel ꝑdicatio crucis. Nā de eccl'ia dicit. ꝓuer. 30. fcā est q̄si nauis institoris. i. negociatoris celestis enī negociator ad portū celi adducit aīas ī hac naui. De cruce vero dī. Sap. 14. ꝙ hoīes ꝑ ratē saluati sūt: vtrū ꝙ istoꝝ nauis ē/ ꝛ nauicula: nauis q̄dē p'les ꝯtinēs hn̄tes nomē fidei nauicula vō ad meritū pc̄ōꝝ. Jtē nauicula ista est in medio mari/ q2 fugit extrema vitioꝝ/ tenēs v̄tutis mediū. Phil'. 2. Jn medio natōis praue lucetis/ sicut lucerna in mūdo. Jtē fluctibus agitaꝛ nauicula/ s3 nō mergiꝛ. Gre. 9. lib. moꝝ. Scā eccl'ia ꝑsecutiōes inimicoꝝ sine cessatiōe tollerat/ s3 tn̄ vsq3 ad mūdi ꝉminū sine defcū ꝑdurat. Jtē vēt9 ē tētatio demonū. Eze. j. vētus turbinis veniebat ab aqlone vn̄ pandiꝛ oē malū sicut dī. Hiere. j. ꝑ aqlonē vō diabolus d̄signaꝛ: q ait Esa. 14. Sedebo in laterib9 aqlonis. Jtē vētus iste diabolice praue suggestionis cōmonit corda seculariū ꝑ zelū īuidie ꝛ īdignatiōis deīde ītumuit mare malignis cōceptib9 ꝯ fideles postea exurrexit ꝑ auctoritatē potētie tādē fluctuauit ꝑ edicta ꝛ ꝑsecutiōes. Cuius rei visio legiꝛ apoc. 12. de serpēte qui ꝯ eccl'iam cōmonit hoīum volūtates/ q̄si fluct9 maris. ¶. 3°. nauis ista trāsiuit tria miliaria/ s3 quartū nō ꝑfecte. Quattuor enī sunt fluct9 ꝑsecutionum agitantiū eccl'iā. p̄mi fluct9 fuerūt violētie tirrānoꝝ/ corpal'r eccl'iaꝫ ꝑsequētiū s3' ꝑ patientiā martyrum fluctus istos euasit/ dicēs transiuimus ꝑ ignē ꝛ aquā/ ꝛ īduxisti nos in refrigeriū. 2m. miliare fuit versutia hereticoꝝ/ quoꝝ multiplices fluctus euasit sapīa doctoꝝ. Sapīa enī vincit malitiaꝫ. vt dī Sapie. 7. 3. miliare est vita carnaliū xp̄ianorū/ quoꝝ ꝑuersos mores in sc̄itate ꝑtrāsit eccl'ia. Luc. j. Jn sc̄itate ꝛ iustitia corā ipso. Quartū miliare simulata sc̄titas iniquoꝝ / q̄ꝝ fluctib9 multipl'r eccl'ia q̄tiꝛ: s3 erupat vā nō ficta v̄tute. S3 tn̄ difficili9 pūgitur ꝯ mores simulātiū plus aūt ꝑtrāsit extra mores apte maloꝝ/ verūtn̄ q̄ꝺiu mundus iste durat/ fluctus hui9 miliarii tollerabit. Et l3 in ꝑte trāsierūt illō ꝙ tn̄ restat tpe antixp̄i hypocrite trāseūdū cūctis erit piculosi9. ¶ Quarto ī tenebris ꝑsitis miser ie sit agitatio eccl'ie: cū enī lux eternitatꝫ apparuerit cessabit q̄ssatio. ¶ Quīto solus iesus ē ī terra. i. in solido: ceteri enī hoīes agitanꝛ fluctib9 ꝑsecutionū. S3 ipse ēt moritur9 ꝑsitit in solitudine mētis. Jo. 16. venit hora vt dispergamini in ꝑp̄a/ ꝛ me solū relinquatis. Et iō hoc q2 solus ipse deus in terra: ꝛ solus sine pc̄ō hō. Job. j. Nūqd ꝯsiderasti seruū meum iob. ꝙ nō sit ei silis ī terra: hō simplex ꝛ rectus/ ꝛ timēs deū/ ac recedens a malo. vbi Gre. 2. libro moꝝ. Non ē morti xp̄o ī ꝉra aliqs silis: q2 oīs hō tm̄ hō ē: ipe āt de9 ꝛ hō simplex per exm vite rect9 nō parcēs demonib9 timēs deū per hūilitateꝫ recedens a malo/ q2 pc̄m̄ nō fecit/ nec īuētus est dolus in ore ei9. ¶ Sexto dū hic ē laborat ecclesia. Job. 7. Noctes laboriosas enumeraui mihi vbi. Gre. 8. libro. moꝝ. Scā ecclesia laboriosas sibi noctes enumerat. q2 in fortiorib9 mēbris suis multiplices tribulatiōes portat. Jtē labor ei9 est in remigando vbi aqua fluctuās frāgiꝛ: fracta vō remio pi tur. Sicq3 nauis ad anteriora pel-

Nauis ē eccl'ia fidelium.

situr: p secutiões qnides hoīum ecclesia frāgit euidentib⁹ miraclis et reprimit ṽtutū opib⁹: sicqȝ ad portū eternitatis ꝓpellit. Sȝ ei ꝯriat vēt⁹ dyabolice malignitatis. Gen. 3°. Inimicitias ponā iter te et mulierē. ℭ 7° laborē fideliū mūdi saluator eo benigni⁹ attēdit q̄ nr̄i laboris expt⁹ est grauitatē: fatigatus eni ex itinere sedit supra fontē: vnd̄ nr̄i misert⁹ ait. Mat. 2°. venite ad me oēs q laboratis et honerati estis/ et ego reficiā vos. videns vo naui gatiōis nr̄e laborē/ suo aspectu fluctus seculariū hoīum mitigat: ne tātū cōmoueāt eccliā quātū cupiunt: quoꝝ lȝ sit volūtas mala/ ptās tn̄ iusta semp a deo moderat. ps. Cōgregās sic in vtre aq̄s maris/ qr restrigit appetitū malignitatis hominū. ℭ Nota moralr/ qr mar cor hūanū est vn̄. Gre. 18. libro moꝝ. qd est/ ingt/ mare/ nisi cor nr̄ȝ furore turbidū: rixis amaꝝ elatiōe supbie tumidū fraude malitie obscurū: qd mare q̄ seuiat attēdit qsqs i se occltatio tētationū cogitatōes intelligit. Itē nauis est vita hoīs: de qua puer. 30. tria sunt mihi difficilia/ q̄ꝝ vna trib⁹ est via nauis in medio mari. vn̄ sap. 5. puersi cōparāt vitā suā naui trāseūti fluctuantē aquā. Sȝ aliquoꝝ nauis fluctibus maris. i. passiōib⁹ bestialibus submergit. Sicqȝ d egyptijs di. Exo. 14. Inuoluit eos dn̄s in medijs fluctib⁹: nauis āt iustoꝝ lȝ fluctuet tn̄ stat in medio passionū nec deficit. Vn̄ Job. 9°. dies vite sue cōparat naui poma portāti. Itē sunt fugge stiōes demōis: fluct⁹ sunt cōmotiones passionū/ gaudij/ doloris/ spei et timoris. Eccle. 29. Cōmonit fluctus illius q̄si fluct⁹ maris. Item nox est vita pn̄s/ cōparatione diei

3. (margin, beside "lierē. ℭ 7° laborē…")

Mare ē cor hu manū. (margin, beside "hūanū est vn̄. Gre. 18…")

eternitatis. In hac vo nocte laborat lya: laborat etiā martha. i. vita actiua/ vt supet fluct⁹ tētatiōis exurgētis et hos qdē tētationū estus frāgit ieiunijs p̄mitqȝ terrorib⁹ gehēne. Sic qr ad an̄riora pellit ꝓpo exercitio Gre. 2° li° moꝝ. In hac/ ingt/ vita labor iustoꝝ est vt semetipsos inueniāt/ et inueniētes flendo atqȝ corrigēdo ad meliora pducāt. Itē pnebit vita iustoꝝ. 25. et. 30. stadijs/ q̄rū vterqȝ numer⁹ pfectionē designat vite actiue: quari⁹ eni numer⁹ ad sensibilia exteriora refert: circa q̄ est actiua vita. Nā ipe quinari⁹ in seipsuȝ multiplicatus efficit. 25. q numer⁹ est q̄rtus q̄dratus. Senari⁹ aūt est p̄m⁹ pfect⁹ numerus q multiplicat p quinariuȝ crescit ad. 30. p̄m⁹ numer⁹ ad q̄rtū q̄dratū refert q̄ttuor virtutū. s. prudentie/ iustitie/ fortitudinis/ et tēperantie: qb⁹ h̄ vita agit. haꝝ aūt ṽtutū p̄m⁹ q̄drat⁹ ē s̄m legē nāe. Scd̄s iuxta p̄cepta legis scripte. Terti⁹. sicut lex euangelij mādat. Quartus vo q̄drat⁹ est obseruātia ꝯsiliorū/ q̄ cū qs deuenerit ad. 25. stadia .i. q̄rtū q̄dratū deuenit q̄ttuor virtutū actiue vite. Nihilāt hoꝝ sufficit ad salutē/ nisi numer⁹ supaddat pfecte multiplicās ṽtutē. h̄ aūt pfectio est charitatis donū: igit vsqȝ ad ꝯsilia alig nauigāt: alig ēt pueniūt ad supinfusam charitateȝ. Si dū hic viuim⁹ pfectionē ꝯtēplationis nō possum⁹ cōprehēdere. Sicut ait ap̄ls ph'ir. 3°. Ego nō arbitror me cōprehēdisse. Itē xp̄s est solus in terra: terra ē corp⁹ xp̄i terrenū: ceteri igit hoīes nō sunt soli in corpore qr alienū aliqd ab ope dei admittūt sit eē secū: imo ꝯ seipsos praui diuidunt: qr vo ad xp̄m veniēs princeps mūdi hui⁹/ nihil in eo re-

perit iuris sui: io solus ipse fuit in terra carnis vel io extra fluct⁹ maris/i pe solus est i terra/q₂ licet fuerit pcussus aduersis nō cōmotus extra rōnē ⁊ placitu₃ dei. Joā.8.q̄ placita sunt ei semp facio: vel solus in terra vbi vr̄r bona dn̄i/q₂ solus ipse Job.28. mare loq̄r nō est mecū sapia icarnata / sic tulit fluctus vr̄i maris/vt cū pmāserit in soliditate ꝯtēplatiōis.Luc.24.Tu solus pegrin⁹ es in hierusalē.Ex hīs vō i terra nr̄₃ videt laborē/⁊ tāto subtili⁹ laboris hūani deseruit itētiōe₃/ q̄to magis i solido est.Heb.4. Viuus est sermo dei/⁊ efficax/⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti/ ⁊ ptingēs vsq₃ ad diuisione₃ sp̄us ⁊ aīe. Cōpagū q̄₃ ⁊ medullaꝝ ⁊ discretor intētionū cordis ē:⁊ nō ē vlla creatura iuisibilis in ꝯspectu ei⁹:vel laborātes iō videre dī/q₂ ppū nō pcipiētes laborē ipse seipsos laborantes videre facit. Gre.7.libro moꝝ. Malū qd̄ iteri⁹ hō ptulit nō nisi in sn̄ia redēptoris agnouit. Sicut solis aspect⁹ facit nos vidētes exterius picula q̄ pn̄tia.¶Itē moraliter mare est amara vita electoꝝ:piscibus eni nō vi mare amarū/s₃ videtur hoīb⁹.Sic pcōrib⁹ mūdi amore demersis/ mundus ille non est amarus aut parua dulcedie capti/ eius amaritudinem tollerāt maximā.S₃ iustis amarissima vita mūdi.Job.3.Quare data ē miso lux/ ⁊ vita hijs qui in amaritudine aīe sunt. Gre.5.libro moꝝ. In amaritudine aīe sunt oēs electi/q₂ vel punire flēdo non desinūt q̄ delinquerūt:vel graui se merore afficiūt: q₂ lōge huc a facie ꝯditoꝝ piecti adhuc i ileterne pr̄ie gaudijs nō sunt. Itē h̄ mare cōtēplatiui trāseūt volatu:actiui āt illd̄ trāseūt velis ex

Mare ē amara vita.

tēsis:s₃ penitētes remigio vtūtur. Vn̄ nauis pn̄ia ē. Hiero.sa/ingt/ tabula .i.nauis post naufragium pn̄ia est.pma nauis ē iustitia.s.malum nō cōmittē. Scd̄a nauis post naufragiu₃ pme ē pn̄ia cōmissa.s. mala corrigē. Gre.6.libro moꝝ/pma ingt/vtus est ne ppetrari debeant pcā.Scd̄a āt salte₃ perpetrata corrigē.Ite₃ laborāt penitētes/ q₂ sibiipsis/ violētiā faciūt/ dū ꝯsueta placita relinquūt / ⁊ amplectātur amara.Job.6.q̄ pus nolebat tāgere aīa/nūc p amaritudine cibi mei sunt. Et eiusdē.33.de penitēte ait. abhominabilis fit ei in vita sua panis ⁊ aīe illi⁹ cib⁹ an̄ desiderabil. labor vō penitētiū ē,i remigādo:remigiū aūt sunt opa pn̄ie/ieiuniu₃/ vigilie/peregrinatiōes/orones/castigatio carnis/⁊ elyne.Hijs remis memoria preterioꝝ voluptatū fluctuās retro supprimit:ne forte penitēs retro aspiciēs vtat in statuā salis: ꝯpressis vō ⁊ retro abiectis memorat₃ voluptatib⁹/ad anteriora pellit vita penitentiū:mala.n.q̄ nos ipimunt ad deū ire citi⁹ ꝯ pellunt.Itē nō solū laborāt penitētes in ꝯpressione ⁊ secatione fluctuu₃ antiquaꝝ voluptatū/s₃ ēt hn̄t vētū ꝯriū q est augmētū laboꝝ:vētus est oblocutio secularium hoīu₃/q penitētib⁹detrahūt.Vn̄ pharise⁹ ait de maria peccatrice penitēte.Si hic eēt ppheta sciret vtiq₃ q̄ ⁊ qualis est mulier q̄ tāgit eū/ q₂ peccatrix est.Cōtra hūc vētū orat penitēs in pmo graduallū.Dn̄e libera aīa₃ meā a labijs iniq̄s/⁊ a lingua dolosa.Et sicut boni marinarij ita penitētes ēt vēto ꝯrio bn̄ vti debēt/ vt nō ex eo repellant:s₃ magis impellant.Luc.18.Et q pib āt icrepabāt eū vt taceret:ipe vō mult o magis

gis clamabat: filij dauid miserere mei. Jtē vtrūq3 istoꝝ. s. fluct⁹ īterio res antiquaꝝ voluptatū ⁊ oblocu tionis vētū diabolus suscitat/ vt de mergat nauē pnīe. Nā vt dr. Exo. 5. pharao rex egypti pplm volētē a se recedē/ quē vt dicit Glo. Rex vi tioꝝ diabolus / lȝ peccātib⁹ labo- res semp iniungat: tñ cū pcipit eos se velle deserē acrius eos īpugnat.

Nauis ī medio fluctuū peniten tia.

¶ Jtē nauis pnīe in medio fluctuū eē dr/ q: medio positi īter metū ge- hēne/ ⁊ spē venie fluctuāt penitē- tes. Spaciū vo. 25. aut. 30. stadioꝝ referet ad duos pnīe cursus/ q sūt illicita fugē/ ⁊ a licitȝ abstinē. i. a ma lis ⁊ occasionib⁹ maloꝝ sibi cauē/ desere mala ptinet ad trāsitū. 25. stadioꝝ: qnq3. n. sunt sensus hois. Uisus audit⁹/ gustus/ odoratus/ ⁊ tact⁹/ q̄ꝝ qlibet. 5. modis. Cōtra mē tē fluctuāt. s. vanitate/ curiositate/ voluptate/ ꝯcupiscētia/ ⁊ libidine: vbi gr̄a/ oclꝯ nr̄ viciosus ē. 5. modis p⁹ si fuerit vagus: talis aūt est/ qñ nullo freno ab aspectu cuiuscunq3 rei retrahit. Curiosus vo est si no- ua videre pquirit / aut ab oblatis se nō auertit sȝ poti⁹ eis intendit. Uoluptuosus vo ē: si delectat visio ne pulcroꝝ. Cōcupiscēs aūt si viderit mulierē ad ꝯcupiscendū eā. Jmpu dicus vo ⁊ libidinosus / in quo iaȝ interioris libidinis appent signa. j. petri. 2°. hñtes oclos plenos adul terij ⁊ incessabilis delicti. Hec aūt. 5. vitia in reliqs sensib⁹ pñt repiri. Cū ḡ penitēs cuiuslibet. 5. sensuuȝ varietatē/ curiositatē/ voluptateȝ/ cōcupiscentiā ⁊ libidinē transierit quintuplato qnario. 25. stadia re- migauit. Jō lex pcepit. Exo. 22. q qui furat⁹ fuerit bouē/ p vno boue reddat quinq3 boues: bos est sen- sitiua ꝯgregatio. Sicut dicit augu. Sup illud. Luc. 14. Juga boū emi 5. Boueȝ vero furat qui phibitis voluptatibus clam delectat sensu: hic si penitere voluerit p vno sen- su det. 5. sensui pfectiones. s. ꝯ eua- gationē stabilitatē ꝯ curiositatem vilitatē ꝯtra voluptatē afflictionē ꝯtra ꝯcupiscentiā indigētiā ⁊ ꝯtra libidinē pudicitiā honestatis. Sed non sufficit istud nisi se extēdat ad 30. stadia. i. vt pficiat pniam q fit etiā licita a se tollendo/ ⁊ q̄ occasio nem pctī pstant. v.g. ea quibus licite poterat vesti ⁊ indui/ aut ali vti/ ⁊ iocos/ risus/ ac spectacula a se remoueat. Numerus aūt trecēna- ri⁹ fit ex senario multiplicāte qna- riū. Est aūt senarius prim⁹ pfectus qui si p abstinentiaȝ a licitis pficit quinariū sensuū nroꝝ ad nume- rū trecēnariū puenit iō legit Exo. 26. q sagacilutina per q̄ designant penitētes fuerūt lōga. 30. cubitis. Uel aliter in hijs numeris est cō- sideranda tropologia. Nā isti duo numeri. s. 25. et. 30. ex duobus nu meris. s. quinario ⁊ senario sumūt originē: qnarius enī multiplicans quinariū efficit. 25. Senarius vo eundē qnariū multiplicās ad. 30. peruenit qnarius ad effectiōes sen sibilium pōt referri: oē eniȝ ad qd aliqua passione aī efficimur sensi- bile est ⁊ p. 5. sensus venit ad mētē. Senari⁹ vo ad perfectioneȝ ptinet operū. Sex eni est numerus p⁹ p- fectus: ⁊. 6. diebus pfecit deus opa sua. Jō hic numer⁹ ad pfectionem ptinet opeꝝ. Jtē non fuit xp̄s in na ui fluctibus agitata. Sȝ solus ipse in terra/ q: nihil cōmisit qd penite ret ipsum/ sȝ solus ipse extra pniaȝ est. 1°. Regū. 15. Neq3 enim vt hō est qui agat pniam. Hiere. 4. Cogi taui ⁊ non me penituit dicit dñs.

Nec auersus sum a cogitatu meo. Itē sero.i.tarde assumūt sibi hoīes narrim pnie.vñ augu.10.li°.cō fes. Sero te amaui pulchritudo tam antiq̄ ꝛ tā noua sero te amaui. Itez sero lz penitēdi accipiētis ꝓpositū/ ipse q nō pēituit aspicit culpas no stras/ examinans ꝛ q̄si solis radio glaciē cordis nr̄i dissoluēs. Gre.12. li°.moꝝ.Dñs deꝰ ꝛ subtil'r acta nr̄a cōsiderat:ꝛ tñ h penitētibꝰ mīficoꝛ dit relaxat:qꝛ ꝛ pnias in peccātibꝰ ꝯspicit: sz tñ hāc preueniēte gratia ad penitentiam emollit.

¶ Sermo.2.sabbati in capite ieiunij ꝛ in ordine.19.

1 Et cca q̄rtā vigiliā noctꝫ.ꝛc̄). Tūc describit xp̄i aduētus mirabilis. Circa qd̄.4.fac.p°.n.ponit distōnez tp̄is.(Et circa q̄rtā vigiliā noctꝫ).i.circa q̄rtā ptē noctis q̄ttuoꝛ.n.ptes noctis/ custodes castroꝝ p vigilias diuidūt p̄ma vigilia di ꝯticiniū/a ꝯticēdo/ qꝛ tacēt oīa:ꝛ in ea oēs vigilāt.Scd̄a di i tēpestū in q̄ adolescētes.3ª.gallicātꝰ vel gallicinium in q̄ viri obſuāt.4ª.matutina di ꝛ i ipsa seniores obſuant. Qꝛ igit circa quartaz noctis ptē venit dñs ad discipulos/appet fz.Hiero. qꝛ pene totā noctē in remigij labore ꝯsumpserāt.2°.ponit aduētꝰ saluatoris(venit ad eos)vt a pieulis liberaret vel allegorice venire ipsiꝰ fuit carnē assumē fz quā venit nō ad exsītes in gete pñie btōs angelos/sz ad laborātes hoīes in terra. Ps.Paup sūz ego ꝛ i laboribꝰ a iuuētute mea. Sz nec p grāz viuificatiōis venit ad vacātes ocio. Immo ad eos tm̄ q sunt in laboribꝰ virtutum/ipse visitat ꝛ sui presentia consolatur. Gene.31. Afflictionē meā ꝛ laborem manuuz meaꝝ respexit dñs vnde de heīya qui posita sua clamide fluuiū meauit 3° pōit virtus dñici corpis (ambulās supra mare.)Job.9°. extēdit celos solus ꝛ gradit sup fluctꝰ maris.¶ Considerādū āt qd̄ qdā putauerūt. Ut dicit Beda xp̄i corpꝰ nō fuisse verū sz fantasticū. Qm̄ aūt apli reprehēdunt q̄ putauerūt ipsiꝫ eē fantasma. Istoꝝ snīa error est. Alij aūt verū xp̄i corpꝰ asserētes crediderūt. qd̄ pōdus nō habuerit/qꝛ sup aq̄s ambulauit. Sz ꝛ hoc falsuꝫ est. Nā scribit in Mat.q̄ ēt ipse petrus ad xp̄i imperiū de naui eriēs ambulabat sup aquas/vt ad xp̄m veniret: nec tñ corpꝰ petri erat sine pōdere nālı. fatēdū est q̄ verū xp̄i corpꝰ/ nō deposito naturali carnis pōdere/ sup aquas ambulasse:nec miꝝ/ qꝛ eius corpꝰ fuit spiritu scō ꝯceptuꝫ q i pricipio mūdi ferebat sup aq̄s. Quarto ponit occasio timoris.(Et volebat eos p̄terire).i.p̄ter eos ire: ipsoꝝ q̄si deuitans cōsortia. Sed vt dicit Beda. Querēdū est q̄uo eos p̄terire volebat/ad quos liberandos venerat. Et respōdendū/qꝛ idcirco volebat eos preterire/ vt ipsi magis timerēt/ꝛ timentes clamarent. Saluatiq̄z imensas grās agerēt. Un̄ vr qd̄ istud fuerit sīle ei qd̄ ipse legit fecisse post resurrectionē. Luc.18. Nā finxit se longiꝰ ire: vt/videlicet/rogaret manere/ꝛ detineret. Et ideo btūs Augu.2° li° de ꝯsensu euāgelistaꝝ.dicit misticā hic significationē qd̄ h di.(Et volebat eos p̄terire) Nā qꝛ putabant eū esse fantasma/alieni erāt ab ipso quā alienitatē volēs demōstrare/quasi alienos p̄teribat.nec huic repugnat qd̄ dicit Jo.qꝛ/videlicet/ appropinquauerit nanim ipsorū: erat enim propiquus ei si lōge ab ipso erant/longe qppe non cognoscunt

Error di centiuz corpus xp̄i esse fantasticum.

scentes eum/sed errãtes:ipse autẽ ꝓpe eoꝝ cognoscẽs dubitationes. Job. 23. Si me vertam ad dextraꝫ nõ videbo eũ:ipse vero scit viã me am. ¶ Deĩde cũ dicit. (At illi vt viderunt) ponit trepidatio discipuloꝝ: circa qd̃.5.facit.pmo eni tangit vestrã visiones. (At illi vt viderũt eũ ambulantẽ supra mare). Et vere sicco vestigio sup mare ambulabat:neqꝫ enim põt queq̃ facere q veritas est. Scdo tãgit falsaꝫ extimationem (putauerunt fantasma esse). Fantasma dicit qd̃ apparet ⁊ nõ existit:⁊ qꝛ talia p ocultos spiritus fieri ↄsueuerũt:putauerunt spiritũ esse/ qui sup aquas ambularet. Et sicut hoc loco putauerũt eũ esse fantasma/ qꝛ super aquas ambulauit ita post resurrectionẽ candem habuerũt extimationem: propter hoc qꝛ ianuis clausis intrauit ad ipsos. Luc. 24. Sed q̃ꝫ q̃ꝫ super aquas ambulauerit:tñ probauit hoc nõ/esse fantasticum statim ad suũ imperiuꝫ faciẽs petruꝫ ẽt sup aq̃s ambulare. Quod vero ad discipulos ianuis clausis intrans fantasma nõ fuerit/ ꝓbauit tactu ⁊ visu:palpate/ingt/⁊ videte/ qꝛ spũs carneꝫ ⁊ ossa nõ habet/ sicut me videtis habere. 3º.tãgit timoris declamationẽ. (Et exclamauerũt) Mat. dicit ꝙ pre timore clamauerũt ad dñm. ps. ad dñm cũ tribularer clamaui/ ⁊ exaudiuit me quarto publicam tangit aparitionem. (Omnes enim viderunt eum) cuius communis visio designat omnibus hominibꝰ certum esse ꝙ deus sit: quid vero sit non est possibile scire mortalibus. sicut dicit Daniel. j. libro Job. 37. Oẽs homines vident euꝫ/ vnusqsqꝫ intuebit eum ꝓcul. 5. omnẽ eorum tãgit turbatiõeꝫ. (Et turbati sunt) omnis passio turbat mentem:sed timor ex pñtia spirituũ etiã inducit horrorẽ carnis. Job. 4. Cuꝫ spiritus me ꝓsente tranfiret / inhorruerũt pili carnis mee:sup hoc expauit cor meũ Job. 37. ¶ Allegorice considerãduꝫ quia xp̃s est lux mundi: sicut dicit. Jo. 8. cuius lucis ꝓsentia dieꝫ gratie ↄstituit. Sꝫ ex quo ascẽdit super occasum dñs facta est nox/cõparatione lucis future in nouissimo eius aduẽtu. In hac vero nocte vigilãtes oꝫ esse / ⁊ nõ deprimi somno torporis aut voluptatis. Mat. 26. vigilate qꝛ nescitis qua hora dominꝰ vesterꝰ venturus sit. Totius aũt tẽporis huꝰ quattuor sunt vigilie. In prima vigilauerũt apli per fideꝫ: fuit etiaꝫ ista vigilia cõmunis omnibus: de qua. j. Corin. 15. Euigilate iusti ⁊ nolite peccare ignorantiã quidem dei qdam habẽt. In scda parte vigilauerũt martyres per cõstantiã .j. petri. 5. Uigilate / qꝛ aduersarius vester diabolus tanq̃ꝫ leo rugiens circuit qrẽs quẽ deuoret cui resistite fortes in fide. In tertia parte noctis vigilauerunt doctores ꝑ sapiẽtiam ⁊ doctrinam ꝓuer. 8. dicit ipsa sapiẽtia beatus vir qui audit me/⁊ q vigilat ad fores meas, q̃t tidie. In. 4. parte ꝓsentis temporis pastores ecclie vigilant ꝑ solitudinis curã. Luc. 2. pastores erant in regione eadem vigilãtes vigilias noctis custodiẽtes sup gregẽ suũ. Item in hac vltima parte diabolice suggestionis flatus amplius cõmouet mũdanos fluctus contra ecclesiam:nũc enim persecutiones patitur:a carnalibus temporibus vero antichristi erũt fluctus hereticoꝝ ⁊ tyrãnorum tam vehemẽ

Nota allegoriã

tes vt plurimi credēt christum fuisse fantasma: z que de ipso credimus / falsa fuisse. Mat. 26. Ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Item in tātis presuris clamat ecclesia / non tam voce corporis/ q̄3 desiderio cordis. ps. Usque quo dñe obliuisceris me in finē/vsquequo auertis faciē tuā a me. Itē clamāti aduenit p gratiā. 4. ps. Clamabit ad me/z ego exaudiam eū: cū ip̄o sū3 in tribulatiōe: eripiā eū z glorificabo eū. Aliqñ vo ēt p̄ntiā sui corpalē veniēs exhibebit. Mat. 26 Stati3 post tribulationē dierū illorū apparebit signū filij hoīs in celo: z videbūt veniētē3 in nubibus celi cū v̄tute multa z maiestate. Itē venit dñs sup fluct⁹ maris/ qr p̄secutiones ipiorū calcat: q̄3tūcū q3. n. ꝯ xp̄i fide3 eleuenf: tñ sup oīa xp̄s extollif. ps. Mirabiles elationes maris/mirabil' in altis dñs: qr mirabil'r ēt p̄digijs z signis insurget mūdus ꝯ fidē ecclie: s3 mirabil' appebit fides redēptoris: oē3 ēt signorū aut sapiē altitudinē excellēs. Itē vult eos p̄terire: qr p̄ter hūanū modū ipse fluctus maris calcat. Et h̄ tripl'r. Primo quidē q̄ praui ꝯcipiunt ꝯ eccliā/īterius reprimēdo ne q̄ cupiunt agē possint. ps. Cōgregās sicut in vtre aquas mar3: qr vt dicit Gre. 9 li. mora. In suis clausas cordis minas carnaliu3 frenat. 2° p̄ter humanā v̄tutē/quas erūpere ꝯcesserit terminat: vt nō q̄3tū volūt mali vel praui ecclīam p̄sequanf. Job. 39. Circūdedi mare terminis meis dic̄ dñs. Gre. 28 li. mo. Ipsa p̄secutorū nequitia superna dispensatione restringif/ne cōtra sctōs viros i quātū voluerit effrenef. Tertio preter humanā3 virtutē ipsos fluctus seculi nō mitigat/ eos aliqñ totaliter sedaturus. Hiere. 5. posuit arenam terminu3 maris/preceptū sempiternū q̄d non p̄teribit. Et cōmouebūtur z non poterūt/z intumescent fluctus ei⁹ z nō transibūt illud. Scd̄m. Gre. 9. li. mor. Arenā posuit dñs ad frangendu3 fluctus maris/qr abiectos elegit hoīes qui mundi p̄secutiones vincerent. Sic dicit ap̄lus. j°. Corin. 2°. que infirma mūdi sunt elegit deus/vt cōfundat fortia: z que stulta vt cōfundat sapiētes z ignobilia z cōtētibilia/ vt ea q̄ sunt destrueret/ z nō glief in cōspectu ei⁹ oīs caro: p3 ergo qr mūdi saluator p̄ter hūanā virtutē operās calcat fluctus maris.

Sermo. 3. Sabbati in capite ieiunij z in ordine. 20.

Secūdo cū di. (Et stati locut⁹ est.) Describif subsidiū spūalis potētie/qr xp̄s exhibuit piclitātibus discipulis. Circa q̄d quatuor facit. 1 Prio. n. ponit xp̄i colloquium. Scd̄o ei⁹ ꝯfortiū. (Et ascēdit). Tertio tēpestatis terminū (Et cessauit vētus.) Quarto ap̄lorū tardū ingeniū. (Et plus magis). In sermōe aūt xp̄i. 5. tāgunf. Primū est celeritas. (Et stati) nō eni tardat deus exaudire eos q digne ipsum inuocant. Esa. 30. Ad vocē clamoris tui stati vt audierit respondebit tibi. Scd̄m est familiaritas. (Locut⁹ est cū eis z dixit illis.) Heb. j. locutus est nobis in filio suo/ quē cōstituit heredē vniuersorū. eius loquelā cognouerūt oues sue: vt dicit Jo. 10. Sed nō cognouerūt eum superbi: de quibus dicit Jo. 8. Quasi loquelam meam non cognoscitis: quia nō potestis audire sermonē meū: adimpletū est in eis q̄d petierunt a moyse dicentes. Exo. 20 loquere tu nobis z audiemus: nō loqua

tur nobis de⁹: soluʒ enim moysen loquētē voluere audire / sʒ nō xp̄ʒ. Si tñ moysen loquētē ītelligerent audirēt ꝛ xp̄ʒ. Sicut dicit Jo. 5. Si crediderit; moysi / crederet; forsitan ꝛ mihi: de me. n. ille scripsit. Jō aūt cū moysen audiūt xp̄m nō auertūt loq̄ntē: q: moysen ip̄ʒ nō ītelligūt: loquit̄. n. eis velatū h̄ns vultuʒ: vt di Exo. 34. operiebat moyses faciē suā / si q̄n loquebat̄ ad eos. 3°. tāgit̄ triplex vt⁹ ꝑmonis xp̄i / ꝯ tres ap̄lorū defectus: ip̄i. n. clamātes petierunt auxiliū: ip̄i fantasma putauerūt: ip̄i in pauore trepidauerunt. Sʒ clamātib⁹ exhibuit ꝯfidētiā (cōfidite) ps. Jn dn̄o ꝯfido q̄uo dicitis aīe mee trāsmigra in mōtē sicut passer. Vtus ꝑmonis xp̄i facit ꝯfidentē ecclīam in q̄buscūq; aduersis: q̄m ip̄e dic̄ Jo. 16. Jn mūdo p̄ssurā h̄ebitis. Sʒ ꝯfidite / q: ego vici mundū. Jtē decept; q̄ putabāt ꝙ eēt fantasma: ipse xp̄s aperuit sui veritateʒ. (Ego suʒ). nō dic̄ q̄s sit | q: ex voce loquēt; facile poterant eū cognoscere. vñ petrus statiʒ cognouit eū dicens. dn̄e si tu es iube me venire ad te sup aquas. Paulus aūt ex voce q̄ eū in carne nō viderat ip̄ʒ nō cognouit: sʒ īterrogauit / q̄s es dn̄e? Et dn̄s ad eū. Ego suʒ iesus nazarenus. Jtē trepidātib⁹ abstulit timorē (nolite timē) nō est timēdū securitate p̄n̄te. ps. Scuto circūdabit te veritas ei⁹ / nō timebis a timore nocturno. ¶ 2° ponit̄ xp̄i ꝯsortiū. (Et ascēdit ad illos in nauiʒ). Jo. dic̄ ꝙ voluerūt illū in naui recipē: vñ pʒ ꝙ īuitātib⁹ ꝛ rogātib⁹ discipul' ip̄e nauiʒ asc̄ēdit. ¶ 3° ponit̄ tēpestat; sedatio. (Et cessauit vētus). forte ad īperiuʒ ei⁹ / sicut alia vice īperauit vēto ꝛ mari / ꝛ fc̄ā est tranquillitas. Mat. 8. aut forte solo nutu īterior; volūtat; cessauit. Oīa. n. q̄cūq; voluit fecit. ¶ 4° ponit̄ tarditas īgenij ap̄loꝝ. Et tria tāgit. p̄mo quidē mēt; stuporē. (Et plus magis ītra se stupebāt). Est aūt stupor admirationis sp̄es ex magnitudine miraculi ꝓueniēs / ita vt ēt īpediat inuestigationē cāe miraculi apparētis. Stupebāt aūt q: sup aquas ambulauerat: fluct⁹ maris calcauerat: ad mādatū ei⁹ petr⁹ ēt in mari ꝑcesserat: quē ꝛ ꝑp dubitationē mersuʒ de aqua erexerat: ac ēt stupebāt q: subito vētoꝝ tēpestas cessauerat / ꝛ mare trāquillū māserat Job. 12. adducit iudices ap̄los. vʒ / iudices scīl in stuporē. 2° tāgit ap̄loꝝ obliuionē siue negligētiā (nō. n. ītellexerūt de panib⁹). Jp̄a. n. die nocte p̄cedēte ex. 5. panib⁹ / ꝛ duob⁹ piscib⁹ / satiauerat q̄nq; millia viroꝝ / ꝛ superfuerūt. 12. cophini fragmētoꝝ: ita vt pp̄l's miraculū ītelligēs diceret. Hic ē vere ꝓph̄a q̄ vētur⁹ ē in mūdū. Hui⁹ aūt miraculi si h̄uissent ap̄li ītelligētiā / aut memoriaʒ / nō obstupuissent: ꝛ nō admirarent̄ deambulātē sup aquas. 3° hui⁹ nesciētie cāʒ assignat. (Erat. n. cor illorū obcecatū). forte labor remigij / ꝛ pauor suspicati fantasmatis / ac ēt nocturna vigilia sic eoꝝ turbauerāt mētē / vt recēt; miraculi nō viderēt imaginē: stupor ēt p̄ntū mirabiliū magno lu[m]ie ꝑfundētū mētē obcecabat / vel poti⁹ rapiebat ab ītellectu p̄teritoꝝ. ¶ Sʒ hijs repugnare v' q̄d ait Mat. Qui aūt ī nauicula erāt venerūt ꝛ adorauerūt eū dicētes: vē fili⁹ dei es. Et pōt intelligi aliquos eoꝝ ꝑfectiores ip̄m cognouisse: nō. n. arbitrādūʒ est ꝙ eū nō cognouit petr⁹ / q: ad ip̄i⁹ p̄ceptū sup aquas ambulauit: ꝛ quē ne mergeret̄ erexit: aut dici pōt / ꝙ

filiū bois postea eū cōparauit pastori/nec regē se dicit:qd eni pmissum est vgini de eo. Dabit ei dns sedez dauid pris eius regnabit in domo iacob in eternū. Hoc inqz oib9 erit euidēs in iudicio:vtrū aūt vocali smone dicturus sit seqntia rex ipse z iudex an ɔsciētijs hoīuz sine verboz strepitu sit futurū iudiciuz nō est certum: probabilius tñ videtur q vocali smone iudiciū sit futuz: cōstat eni q visibilis oib9 apparebit iudex: frustra aūt fieret visibilr tanta pōpa iudicis veniētis/ vbi ēt sensibilē pferret smonē. Vn Gre.xxvj.li.moz.c.xxiij. dicit q illi saltē vba iudicis in nouissimo audient / q ei9 fidei verba renuerunt (hijs q a dextris ei9 erūt) pncipiū motus sm nām a dextris est: proprium aūt z nāle est deo semp misereri z pcere: alienū āt ab eo est punire z irasci sic di. Esaie. xxviij. Et iō ab eo ope qd est sibi sm nām incipiēs loquit hijs q a dextris eius sunt/quibus felicia pmia largiat. ¶ Deinde cū dicit. (Venite bñdicti) ponitur inuitatoriū felicitatis Esa. lxvj. veniēt z videbūt gliam meā cui9.vij. ponit ɔditiones pmā qdez libere aduocatōis (venite) Mat.xxij. Oia parata sunt venite ad nuptias: nuptie iste sunt fruitio diuinitatis: istd venite cupiebat dauid dicēs. Quē dā desiderat ceru9 ad fontes aqrū Ita desiderat aīa mea ad te de9. Sitiuit aīa ad deuz fontē viuū/ qn veniā z apparebo añ faciē dei. 1ª. cōditio iuitatorij est grate bñdictionis. (Bñdicti). Ois electi a deo bñdicti sunt eni9 bñdictio est celestis doni largitio. Eph.j. bñdixit nos in oi bñdictione spūali in celestibus in xpo. Et lz pticipatio cuiuscunqz doni sit celestis bñdictio: singlr tñ misericordes bñdicti a deo dnr. Prouer.xxij. Qui pnus est ad miaz bñdicet de panib9 eni suis dedit pauperi: iō apl'us. 2°. Co. 9. El'ynā bñdictionē appellat dicēs. Qui seminat in bñdictiōibus/de bñdictionibus z metet. 3ª. ɔditio hui9 inuitatorij est alte attributōis (pris mei) .i.bñdicti a pre meo/ cui9 bñdictionis effectus est vt simus eius filij z heredes. Roma.viij. Accepistis spm adoptiōis filioz in quo clamam9 abba pr: filij eni dei sum9 q si filij z heredes. hedes qdem dei/coheredes aūt xpi. Quarta cōditio est secure possessiōis: regnū eni celoz in possessionez dat misericordibus: iō ait (possidete) deut.4. Vos trāsibitis z possidebitis terrā egregiam. ¶ 5ª. cōditio est parate dispōnis (paratū vob) Esa.lxiiij. Oculus nō vidit deus absqz te/q pparasti expectantib9 te. ¶ 6ª. ɔditio hui9 inuitatorij est regie dnatōis. (Regnū). Colloč.i. dignos nos fecit in partē sortis scōz in lumine/ z trāstulit in regnū filij dilectiōis sue. Tunc dicent electi illud apoč.v. fecisti nos dne deo nro regnū z sacerdotes/ z regnabimus sup terraz. Septima conditio hui9 inuitatorij est eterne predestinatiōis: nō eni ipm celeste regnū dat fortuitu/sz qb9 paratuz est (a ɔstitutione mūdi) .i.añqz mūdus ɔstitueret. Eph.j. Elegit nos in ipso añ mundi ɔstitutionē/ vt essemus scti z imaculati coraz eo. 2°. cū di. (Esuriui eni) distinguit meritū pietatis z mie/ cui celeste regnū dat. Mat.v. Bti misericordes qm ipi miaz ɔseqnētur. Et tāgunt.vi. opa misericordie. Sz q: miss mia ipendit / vnicuiqz opi pmittit mie opibus sbleuata. p°. q̄ tangit misiā famis cibo sbleuatā. (Esuriui enim)

Ecce miserie defectus.(Et dedistis mihi mãducare). Ecce pietatẽ effectus.Esa.lviij.frãge esurienti panez tuũ. 2° ponit miseria sitẽ sublevata potu.(Sitivi) ecce defect9. (Et dedistis mihi bibẽ). Ecce pietatẽ effectus.Mat.x.Qui dederit vni ex minimis meis potũ aque frigide/ nõ pdet mercedẽ suã.Ecce q nllẽ se pt excusare si nõ hẽat carnes/aut vinũ qd det pauperibus:q ẽt frustũ panis/z potus aque regnũ celoz mercant.3ª miseria est peregrinatiõis (hospes erã).Eccle.xxix.vita necẽ hospitari de domo in domuz.(Et collegistis me).Ro.xij.Hospitalitatẽ sectãtes:iõ dicit sectãtes/vt ẽt nolẽtẽ hospitẽ cogam9 hospitio.Luc.xxiiij.Et coegerũt eũ dicẽtes:mane nobiscũ:qm advesperascit.4ª miseria est nuditatẽ: de qua dicit.(Nudus erã) cui9 subdit remediũ pietatis (z operuistis me) ꝯ ignominiaz z aeris itẽperiez.Esa.lviij.Cũ videris nudũ operi eũ/z carnẽ tuã ne despexerẽ.Quita misia ẽ/ĩfirmitatẽ.(Infirmus).Cui9 subdit cõpassionẽ.(Et visitastis me).Eccle.7.Non te pigeat visitare ĩfirmũ:ex hijs.n.in dilectione firmaberẽ.Sexta miseria carcerẽ est.(In carcẽ erã).Cui9 ponit pietatẽ.(Et venistis ad me).Sic abacuch ad danielẽ portãs sibi prãdiũ.Dani.xiiij.Et nota q hijs opib9pietatẽ.s.mortuoz sepultura.Tob.1.Mortuis atq occisis sepulturã sollicitus exhibebat.Uñ vsus.

Versus ¶Visito/poto/cibo/ redimo/tego/ colligo/condo. Iste sunt.vij.elyne corpales:talib9 pietatib9xps apprehẽdit.Esa.4.Apprehẽdent.vij.mulieres virũ vnũ.¶Elyne aũt spũal.vi.opa sunt.s.Docere nesciẽtẽ castigare delinquẽtẽ/ cõsolari merẽtez/remittẽ in nobis peccãtib9/tollerare pximoz defect9/z orare p salute oĩum.Uñ v sus.Cõsule/ castiga/ solare/remitte/fer/ora.Iste sunt.vj. ale seraphin.Esa.vi.q charitatẽ iceñdiũ talib9opib9volat in celũ.vterq vo numer9.s.Senari9 spũal/ z septenarius corpal elyne figurat in cãdelabro tabernaculi.Exo.xxv.Cui9 calami laterales sex erant:lucerne aũt.vij.¶Ne aũt insufficient videãtur opa pietatẽ enumerata:ꝯsiderãdũ/q nõ õ corpali tm/sz ẽt de spũali.Elyna q̃ hic dñr pñt itelligi.Et pmo qdẽ dat cibũ.Esuriẽti aĩe/q panẽ verbi exponit z ꝯsiliũ pstat.Itez potũ tribuit sitiẽti/q tristẽ refrigerat ꝯsolationib9.Itẽ hospitez colligit/ q castigat delinquẽtẽ.Itez nudũ vestit/q orat p alijs grãz.Itẽ infirmũ visitat/q ĩfirmoz defect9 tollerat.Itẽ carceratuz redimit q remittit ĩiurias.Hoz aũt quedã xps sibipsi exhiberi ꝯsitet/ nõ solũ cum damus pacẽ corpalẽ/ sz ẽt cũ prebemus ꝯsiliũ.Greg.xiiij.li.mora.quẽadmodum cũ panẽ aut vestimẽtuz egẽti tribuis/hoc se xps accepisse testat:ita cũ nesciẽti cuilibet rectũ ꝯsiliũ dat:hoc ipse xps accipit cui9mẽbrũ est ille q erudit.¶Tertio cũ dr.(Tũc rñdebũt ei).Tãgit humil requisitio iustoz.Et ꝯsiderãdũ q nõ est ista requisitio ignorãtiũ.Si enĩz nos adhuc mortales scimus xpz ea q̃ fcã sunt suis fidelib9 sibi reputare fcã fuisse/multo amplius iusti ĩmortales hoc itelligũt. Et iõ q̃ hic dñr p plepsim siue p preoccupationẽ ĩtelligẽda sunt:puenit.n.xps dubitationẽ fideliũ/ vt tũc nõ dubitẽt qualr sibi afferat miam fuisse ipẽsam.Et forte quãq nouerint iusti sermonẽ xpi: tñ ipsius requirẽt intelligẽtiã:cõmẽdationẽ charitatis xpi z preconiũ electoz pot etiã dici

Requisitio iustoz.

q̄ ista regestio scōꝝ erit admiratio nis diuine largitatis retribuētis celū p terra. Cōsiderabūt enim q̄ȝ modicū fuerit qđ dederūt: ꝛ mirabunt q̄ tm̄ recipiant. Esa. 60. Tūc videbis ꝛ affiues ꝛ mirabit/ ꝛ dilatabit cor tuū. Jo. dicit. (Tūc rn̄debunt ei iusti.) quos oues dixerat/ iustos appellat: q̄ȝ nemini nocuerūt oībus p̄fuerunt/ q̄ sunt due ptes iustitie: declina a malo ꝛ fac bonū: quoꝝ vtrūq̄ȝ vides in oue q̄ innocēs ē ꝛ vtilis. (dicētes.) Si laus vocalis erit in p̄ria: vt dicit Greg. 8. li. mor. nō est icōueniēs si in extremo iudicio ēt vocalr electi req rēt p̄cōiū suoꝝ meritoꝝ: ꝛ qdē nūc velle laudari de meritis/ culpa est: tūc aūt velle laudari felicitas erit.

Judicis nomē. (dn̄e.) h̄ iā q̄rtū est iudicis nomē. Nam p° dictus est filius hoīs pp nām: postea pastor pp cōrā: deīde rex pp po^am: nūc dn̄s dr̄ pp sapiaȝ: q̄ȝ dn̄atiui alioꝝ sūt ītellectu vigētes. (Qn̄ te vidimus esurientē ꝛ cibauimus te? Sicientē ꝛ dedimus tibi potū? Qn̄ te vidimus hospitē ꝛ collegimus te? Aut nudum ꝛ operuimus te? Aut qn̄ te vidimus īfirmū/ aut in carcere ꝛ venimus ad te) ? quasi dicat. nūq̄ȝ fuert opa n̄ra tanti meriti/ vt ea persone tue ascribi esset dignū. Greg. 8 lib. mora. quātalibet iustitia electi polleant/ nequaq̄ȝ sibi ad īnocētiaȝ sufficere estimāt, si in iudicio districte regrant. Jdem. 9. li. mora. Qui terrorē/ ingt/ iudicis extrema districtione p̄siderat: vim discussionis illius nō ferēs/ omne q̄ gerit esse sibi isufficiens putat. ❡ Quarto cū di. (Et rn̄dens rex.) Ponit expositio veritatis. circa qđ tria facit. p̄mo enī tāgit dicti iuramentū. (Et rn̄dens rex dicet illis. amē) .i. vere. (dico vobis.) 2° cuȝ dicit. (q̄ȝdiu.) supponit facti opis studiū. Cuius tāgit sex circūstantias: p̄mam assiduitatis. (q̄ȝdiu.) scđaȝ facultatis. (fecistis.) q̄ȝq̄ȝ modicum: vbi si defecit posse/ nō deficiat velle. Reliq circūstantie quatuor sunt p̄sonarū/ q̄bus elemosyna dāda est. ❡ Et p̄mo qdem attēdamus paupt̄atē (vni) .i. solitario. hic est paup quē oēs fugiunt. cui nō sunt cognati/ nec amici/ nec familiares. Jtē attēdimus dignitateȝ. (ex hiȷs.) puto eos ad oculū demōstrari pauperes qui secū p̄sentialiter indicant mundū. Greg. 10. li. mora. Qui terrena oīa sponte reliquerit/ in extremo iudicio culmen iudiciarie p̄tātis obtinebit. Jtē attendamus hoꝝ paupeꝝ charitatē (fratribus meis.) Fratres eius sunt gr̄a adoptionis ꝛ excellentiori charitate: de q̄bus Matth. 28. Nūciate fratribus meis vt eāt in galileā. Jteȝ attēdamus in tantā excellentiā nihilominus humilitatē. (minimis.) Aug. lib. de v̄bis dn̄i dicit. illi minimi sunt qui oībus dimissis secuti sunt xp̄ȝ hiȷ minimi/ q̄ȝ humiles/ q̄ȝ non elati/ q̄ȝ non sup̄bi. patet ergo que sit elemosyna sic facta hoī/ vt tn̄ trāsferat in xp̄m. Si das pauperi. Si volūtarie pauperi. Si fratri xp̄i .i. bono. Si hūili. Jđ tertio huius elemosyne tāgit meritum. (mihi fecistis.) puer. 19. Feneraṫ dn̄o q miseret pauperi/ nō potuit xp̄s amplius cōmēdare opus pietatis/ q̄ȝ dicere q̄ sibi fuerit ip̄ensuȝ. ❡ Cōsid^m āt q̄ lȝ sit magne retributōis dare et p̄nā paupib⁹ electis q sūt frēs xp̄i: tn̄ ēt q̄buscūq̄ȝ īdigētib⁹ ēt pctōrib⁹ pp deū subueniendū est: vt nā cuius ipse auctor est susten tet. Jdeo cū dcm̄ sit Luc.

14. Pauperes z debiles/ cecos z claudos itroduc ad cenā/ quales fuerūt isti paupes dr Matth. 22. Egressi fui ɔgregauerūt oēs q̄s inuenerūt bonos z malos. Pricipalr q̄ bonis paupib⁹ dāda ē etna corpalis/ sȝ nō est denegāda ēt malis: eis tn̄ pncipalis ē ipēdēda etna spūalis/ qz magis sunt idigentes zc̄.

¶ Sermo tertius scd̄e ferie prime dn̄ice i q̄dragesima z i ordine. 31.

Tunc dicet rex ethis qui a sinistris eius erūt.) Posita cōmendatiōe meritoꝝ iustoꝝ. hic ponit disceptatio iudicis cū iniqs: z q̄tuoz facit. Pri͂o .n. ponit ꝓdānatiōnis snīa. Scd̄o obijcit prauis operatōis negligētia. (Esuriui .n.) Tertio adducitur excusatōis audacia. (tunc rn̄debunt ei.) Quarto refellit allegatōis ptinacia. (Tūc rn̄debit illis.) ¶ Circa pmū duo facit. Pri͂o enī ostēdit ɔ̄ quos snīa iudicis pferat. (Tūc qdē rex z hijs q a sinistris eius erūt.) istis seueritatem vltionis non pmo īfert/ sed scd̄ario: qz nō est pme sue ītentiōis punire/ Greg. 9. lib. mora. qd̄ tacitus index tollerat in vltione q̄nq̄ȝ iudicij: quasi cū dolore māifestat. ¶ Scd̄o cū dicit. (discedite a me.) tāgit pmulgatio snīe ɔ̄ iniquos/ in qua duabus penis dānant. s. pena dāni/ z pena sensus. ¶ Pri͂o ergo tāgit dānatōem eoꝝ dicēs (discedite a me.) Matth. 7. Discedite a me q opamini iniqtatē. ¶ Et vt dicit Chrisost. Licet grauis sit pena īcendiūm gehenne: tamē sine cōparatione maior est pena separi a deo/ volētes in iudicio ēt nolentes repellant. Job. 34. Impios pcussit deus in loco videntiū: h ideo qz q̄. idustria recesserūt ab eo/ nec poterit vllis pcibus index recōciliari q ñ abijciat dānatos. Hier. 15. Si steterit moyses z samuel corā me/ nō est aīa mea ad pplm istū. Eijce illos a facie mea z egrediāt. ¶ Secūdo tāgit pranoꝝ reprobationeȝ (maledicti.) Maledicti dn̄r q malo pctōꝝ pleni/ z bono vtutis vacui. ps. Increpasti supbos: maledicti q declināt a mandatis tuis. Dē enim bonū bn̄dictū est/ qz auctor eius est de⁹: malū aūt/ qz cā ei⁹ nō est maledictiōi exponit. ¶ Tertio ponit sensus/ cuius q̄tuoz tāgit miserias: ɔditōes. pma ē acerbitatis, (in ignē.) Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo/ z ardebit vsq̄ȝ ad iferni nouissima/ deuorabitq̄ȝ terrā cū germine suo/ z mōtiuȝ fundamenta cōburet. Gre. 10. lib. mora. Nūc vocat deus ad pn̄iam/ sed cū venerit iudicare eum q nūc p:s et ad veniā: pculdubio faciet ardere ad penaȝ. Itē eiusdē pene tāgit eternitatē. (eternū.) Esa. 66. Uermis eoꝝ nō moriet/ z ignis eorū nō extinguet. Iteȝ ipsius pene tāgit ineuitabilē necessitatē. (q ꝑparatus ē) .i. diu ante paratus ex diuina dispōne infallibili. Esa. 30. ꝑparata est ab heri .i. a pn⁹ mūdi/ tophet/ qd̄ īterp̄tat gehēna pauoris. Itē ponit ipsi⁹ pene horribilē societatē (diabolo.) Qui lucifer dict⁹ ē. Esa. 14. (Et angelis ei⁹) .i. demonib⁹ q p⁹ fuerūt āgeli dei. sȝ qz ī uenit prauitatē i eis: vt dr Job. 4. iō fci st āgeli diaboli: vn̄ pȝ q̄ quēadmodū iusti erūt sicut āgeli dei ī celo: vt dr mat. 23. ita dānati erūt sicut demones i iferno. ¶ Circa istū ignē iferni .6. ɔsiderāda sūt. pmū q̄ sit ei⁹ mā: z est dōm q̄ sola prana volūtas ardet in inferno. Un̄ ibi ardebūt simul demones z hoies. Gre. 9. li. mor. Licet āgeloꝝ z hoim

dissimilis sit nã/vna tñ flãma eos cõburit/quos eadẽ culpa ligat.vñ patet ꝙ iustus aliqs ibi ardere nõ posset. Esa.43. Cũ ambulaueris in igne nõ cõbureris/⁊ flãma nõ ardebit in te ¶ Scdo vidẽdum est de eius duratiõe que eterna est Job. 20. Deuorabit ipsum ignis/q non succẽdit. vbi Greg. ignis inferni semel creatus durat inextinguibilis ⁊ successiõe nõ indiget/⁊ ardore nõ caret. ¶ Tertio vidẽdũ est d actione ipsius ignis. cruciabit.n.vsqꝫ ad mortẽ/sed nõ ꝯsumet/ita vt dãnati in morte sp viuãt. Job.xx. Luet im piũs oia q̃ fecit/nec tñ ꝯsumet. Vñ Greg.9.lib.mor. Fit ergo miseris mors sine morte/finis sine fine/defectus sine dfectu:q2 ⁊ mors viuit/ ⁊ finis semp incipit/⁊ deficere desinit. ¶ Quarto videndũ est de q̃lita te ipsius. sꝫ Greg. nã ignis est vt ex seipso lucẽ exhibeat ⁊ cremationẽ. Sꝫ pteritor illa vltrix flãma viciorꝫ ꝯcrematõeꝫ hꝫ ⁊ nõ lucẽ. Sicut ait ps. Supcecidit ignis ⁊ nõ viderũt solẽ: vt so is eos dolor cõbustionis cruciet/⁊ intꝰ pena cecitatis obscuret. Sed sciendũ ꝙ dãnati aliquid lucis p ticipãt: hñt enim ex eodem igne iferni lucẽ exterius aliquã vt videãt seqces suos ad maiorẽ penã q̃s carnalr dilexerũt: vt dicit Gre. 9.li.mor. aliqnid ẽt hñt lucis interius spiritalis vt diuina cognoscãt/que dsiderãtes tñ hře nõ psit. Vñ Gre.vij.li.mor. Intellectuꝫ/sꝫ/reproborꝫ nũc merita obscurãt. Sed tũc cognitio reatꝰ illuminat/ vt ⁊ mõ seqnẽda nõ videãt:⁊ tũc ea postq̃ amiserint cernãt. ¶ Quito vidẽdũ est de gradu penarꝫ:⁊ dicit btũs Greg.9.lib.mor. Gehẽna q̃ꝫ uis cũctis sit vna/nõ tñ cũctos in vna eadẽqꝫ qualitate ꝯcremat. Sꝫ p diuersitate culparꝫ est gradus incẽdij. Sicut idem sol est/nec tñ oẽs eius tactu estuamus/qd itaqꝫ agit hic dispar valitudo corporꝫ/hoc illic exhibet dispar causa meritorũ. ¶ Sexto ꝯsiderãdũ est de ꝯfusione ardoris eius: dr enim Job.10.q. in illa terra misie nullus ordo/sꝫ sempiternus horror ĩhabitat: nã vt dicit Greg. Ipsa qdem supplicia p diuinã iustitiã ordinata sunt: in corde tñ dãnatorꝫ ordinata nõ sũt. vñ ꝯfusiõe ipsa suppliciorꝫ amplꝰ cruciant. Triplex aũt est in eis ꝯfusio inordinatiõis. pma q2 hic dolor metũ tollit. Sed ibi metus ⁊ dolor cõfundunt: q2 qd timẽt dolẽt:⁊ ꝙ dolẽt timẽt. scda q2 h ẽ mors sine vita. Sed apud eos mors viuit/vt ppetuo moriant. tertia q2 hic ignis lucet ⁊ nõ obscurat: sꝫ ibi simul obscurat ⁊ illuminat: vt penã ex ꝯfusione cecitatis patiãtur ⁊ luminis: q2 igit vt dicit Gre.9.li.mor. mors in iferno pimit sed nõ extiguit: dolor cruciat/sed nullatenus pauorẽ fugat: flãma cõburit / sed nequaq̃ꝫ tenebras discutit: illi supplicia ordinẽ nõ hñt/⁊ su deterius ꝯfusione cruciãt.⁊c. ¶ Scdo cũ dr. (Esurivi enim ⁊c.) Tãgit dignũ meritũ huius pene qd est negligẽtia opis mie dicit ergo. (Esuriui enim ⁊ nõ dedistis mihi mãducare. Sitiui et nõ ddistis mihi potũ.) De his duobus Job.22. aquã lasso nõ dedisti/ ⁊ esuriẽti subtraxisti panẽ. (hospes erã ⁊ nõ collegistis me.) Sap.19. Iuste qdem patiunt: q2 in deteſtabiliorẽ ĩhospitalitatẽ istituerũt/nõ recipiẽtes ignotos aduenas. (Nudus ⁊ nõ operuistis me.) Job.24. nudos dimittũt hoies/ vestimenta tollẽtes qbus nõ est operimẽtum in frigore/quos imbres mõtiũ ri

gant/ꝛ nõ hñtes velamẽ amplexãtur lapides.(Infirmus ꝛ in carcere ꝛ nõ visitastis me.)De pmo ps. Infirmati sunt nec fuit q adiuuaret. Et Ezech. 34. Qd ĩfirmuȝ fuit nõ ꝯsolidastis. De scdo Esa. 14. Ad ĩfernũ detrahet/q: vinctis nõ aperuit carcerẽ. Hiere. 13. q: gregem meum eiecistis ꝛ nõ visitastis. Ecce ego visitabo sup vos malitiam studioꝝ vestroꝝ dicit dñs. ℭ Nota q dicit Aug. lib. de vbis dñi. Si ĩ ignẽ mittit q non dedit rem ppꝛiaȝ/vbi mittẽdus est qui rapuit alienam? Si cũ diabolo ardebit q nuduȝ nõ vestiuit/putas vbi arsurus est qui vestitũ spoliauit? Idem lib. de vbis apli. Si in ignẽ/inqt/eternũ mittẽdus est cui dicturus ẽ xps. nudus fui ꝛ nõ vestisti me: quẽ locũ ĩ ignẽ eternũ habebit cui dicturus est. vestitus fui ꝛ spoliasti me. ℭ Tertio cũ dr (Tũc rñdebũt.) Tãgitur impudẽtia excusatõis. q ꝯ ait ps. Nõ declines coꝛ meũ in vba malitie/ad excusandas excusatiões in peccatis. Sic vsq3 hodie dñt auari cuȝ videt paupes/nullius ĩdigẽt/plures eis subueniunt: de quoꝝ tñ plurimũ numero ipsi nũq̃ sunt. Seqtur ergo. (Tũc rñdebũt ei ꝛ ipsi dicẽtes.) impudẽter ꝯ pmulgatã sniam allegãtes. (Dñe.) Ficta veneratio ista est/qua dñm honoꝛant. Esa. 29. populus hic appꝛopinquauit oꝛe suo/ ꝛ labijs suis glorificat me: coꝛ aũt eius lõge est a me. ideo ait Matth. 7. Nõ oĩs q dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ celoꝝ. (Qñ te vidimus esurientẽ.) qui das escã omni carni. (Aut sicientẽ.) qui es fons vite. (aut hospitẽ.) Qui habitas in celis. (Aut nudũ.) Qui es amict⁹ lumie sicut vestimẽto. (Aut ĩfirmũ) go est filio tibi in foꝛtib⁹ dñe. (Aut in carcere.) qui celũ imples ꝛ terrã. vt dr Hier. 23. (Et nõ ministrauimus tibi.) Qui bonoꝝ nr̃oꝝ nõ eges/ẽt adhuc hodie excusant se auari/q paupes nõ nouerint/ꝛ q paupioꝛes sunt his qui pauperes dñr: sed excusatio nulla est/q: paupes semp in pmptu sunt. Matth. 26. Paupes semp habebitis vobiscũ: q si paupes nõ occurrũt requirẽdi sunt: q aũt dñt auari se eẽ magis paupes q̃ hij q paupes vident / vtiq3 veꝝ dñt: q: vt dicit Seneca. Paup est q multa cupit: pauper ẽ qui semp sibi timet deficere. Paup ẽ q sibi putat modicũ eẽ qd h3. Uñ paupta est ĩdigẽtia animi nõ tpalis rei. Aut ecõtra. q pauca h3. Si tñ hys ꝯtẽtus sit/nihilq3 cupiat/ille diues est. ℭ Quarto hui⁹ excusationis ponit rñsio cum dr. (Tunc rñdebit illis dicẽs) non dedignat iudex excelsus cuȝ maledictis disputare (amen). i. vere. (Dico vobis/q̃diu nõ fecistis vni.) Et si nõ poteratis oĩbus subuenire/ saltem vni poteratis/ ꝛ nõ fecistis (de minoꝛib⁹ hijs) qui magna nõ q̃runt/sed paruis erant ꝯtenti/ne quis se excusaret de magnitudine sumptuũ. (nec mihi fecistis.) Qui enim dedit pceptũ. matth. 7. Quecũq3 vultis vt faciãt vobis hoies/ ꝛ vos eadem facite illis: ipse ad semetipsum huius pcepti obseruantiã/ꝛ trãsgressionẽ refert: nã qd fit homini/ sibi factum: ꝛ qd obmittitur sibi obmissuȝ iudicat. ℭ Et nota iustã penam auari culpe ipsius coꝛrñdentem: ipse enim a xpo repellitur cũ dicit. (discedite a me.) Itẽ maledicit. Itẽ igne eterno affligitur. Itẽ demonibus sociat. Et pmo qdem a deo repellit / q: magis dilexit aurum q̃ deũ: imo p pecu-

ꝑſa ipſe cū iuda xp̄z traderet. Jtez maledict⁹ eſt/q2 ſibiipſi malus eſt: neminē enī nec ſeipſuz diligit. Jtez q2 ignis auaritie nūq̄ȝ dicit ſufficit/ ſȝ q̄ȝto ei plus addit/plus ſemp ac cēdit:iō auar⁹ igne affligit ⁊ h̄ eſtu cupiditatis:⁊ in futuro ardore eter ne caliditatis:vn̄ diues epulo cru ciat in flāma. Luc̄.xv. Et bn̄ ignis iſte etern⁹ eſt q2 nūq̄ȝ ceſſauit flam ma cupiditatis.Jtē diabolicus hō auar⁹ eſt:neq3 enī cōpaſſionez h3 indigētis/ſicut diabolus nulli⁹mi ſeret.¶ Querit āt cū pl'a ſint alia v̄tutū opa.ſ.Jeiuniū/vigilie/pacia. caſtitas/hūilitas/⁊ hmōi: q̄re ſola pietatis opa in iudicio ꝑmiant.Jtē cū plīma ſint crimina dānatiōe di gna.ſ.homicidiū/adulteriū/furtū/ falſuz teſtimoniuz/⁊ hmōi:q̄re ſola negligētia pietatis in iudicio dam nat.¶ Ad ꝑmū dd3.q̄ pietatis ope ra dupl'r fieri pñt: vel dīno.ſ.affe ctu/vel hūano:dīno affectu fiūt ex charitate: hūano āt affectu fiūt ſi ne charitate:qd̄ vtiq3 ad ſalutē nō ꝓdeſt.j.Cor̄.13.Si diſtribuero ī ci bos paupez oēs facultates meas/ charitatē āt nō hēaz/nihil mihi ꝓ deſt.Cū vo ex charitate fiunt/pfi ciūt ad ſalutē. 2 Cor̄.9.Qui ſemiat ī bn̄dictionib⁹ de bn̄dictionib⁹⁊ metet:p3 ḡ q2 h̄ opa ex charitate fcā ſalutaria ſunt.Sȝ q h3 charitatē ꝓximi/totā legē iplet.Ro.13. Qui diligit ꝓxi mū legē iplevit:nā oē mādatū le gis in h̄ vbo inſtaurat:diliges ꝓxi mū tuū ſic teipſuz: igit.māi^m eſt q̄ q̄ opibus pietatis ex charitate in tēdit/oē legis p̄ceptū ſuat:q2 tn̄ vt dicit Remigi⁹: nec ieiuniū/nec vi gilie:nec caſtitatȝ/nec alid aliqd bo nū ſine charitatis affectu pficiūt: iō cetera bona in iudicio tacent/h̄ aūt ſola extollūt.Ex hijs p3 ad 2^m: q.n.veſtē nuptialē.i.charitatez nō h3:hoc ſolū ſatȝ eſt ſibi ad dānatio nē et ſi alia mala nō fecerit:aut ſi fidē ⁊ caſtitatē ⁊ aliqua bona ſine charitate habuerit.Mat.22.Qui non hūit veſtē nuptialē ligatis pe dibus ⁊ manibus miſſus ē in tene bras exteriores/vbi erit flet⁹ ⁊ ſtri dor dentium.

Sermo.4.ij.ferie ꝑme dn̄ice in.xl. ⁊ in ordine.32.

Tertio cū dī. (Et ibūt hij) pōit diuine ſnīe executio. Et ꝑmo q̄ȝtū ad damnatos. 2°.q̄ȝtuȝ ad iuſtos ibi (iuſti aūt.) Et ē rect⁹ iſte or do in diſcuſſiōe:⁊.n.meritoꝝ ⁊ pro mulgatiōe ſnīe ꝑmiſit iuſtos iniu ſtis cō aūt in executiōe/iuſtis pre mittit iniuſtos:bonuȝ enī ⁊ finis. p^m eſt in itētiōe/⁊ vltimū in execu tiōe.Salus aūt iuſtoꝝ bonū eſt/⁊ finis ꝑ qd ad iudicis mīaȝ adducū tur.Dānatio āt reproboꝝ nō eſt d̄ ꝑn^{li} ꝓpoſito:iō nec ī ꝑn°nec ī fine iudicij de ipſa agit:dic̄ ḡ.(Et ibūt) vbi ꝑmo tāgit dānatoꝝ receſſuȝ (⁊ ibūt) eiecti a ꝯſpectu dei. Eſa.26. tollat ipi⁹ ne videat gl'iaȝ dei. Sic latro adiudicat⁹ morti ſtati rapit a ꝯſpectu iudicis:ibūt certe violē ter a demōib⁹ tracti: q̄ten⁹vt dicit Greg.ſocios hēant in pena/q̄s imi tatores hūerūt ī culpa quo āt ſint ituri/ait p̄s.Jntroibūt in inferiora terre tradent in man⁹ gladij/ptes vulpiū erūt.i.demonū/ꝑ q̄s fuerūt decepti.Jn īferiorib⁹ enī terre cre dit eē īfern⁹:quo nō reuerſuri dā nati ducētur.p̄s. Cōuertāt pcōres in īfernū/oēs gētes q̄ obliuiſcunt deū.Jtē noībus tacitis dānati de mōſtrant (.Hij) nō enim hñt/gcq̄ȝ noīe.i. cognitiōe dignū.Mat.25. Amē dico vobis/neſcio vos eoꝝ tn̄ pena demōſtrabit euidēter oībus electis p̄s.Letabit iuſtus cū vide rit vīdictā.Eſa.lxvj.Egredietur in

Sententie exequutio

sti ꝛ videbūt cadauera eoꝝ q̄ p̄uaricati sunt in me/ ꝛ erūt vsq; ad sacietatē visiōis oī carni. ℂ Itē eoꝝ
2 designat tormētū (in suppliciū.) i. in tormētū: nō ad tormētū solum/ sȝ in tormētum/ q₂ in itimo supplitioꝝ ꝯclusi: q̄sta vero sint illa dānatoꝝ supplicia/ nemo nouit mortalium/ nec dici p̄t: vn̄ ait virgilius.
Nō mihi si cētū ligne sint oraq; cētū. Ferrea vox oēs stellaꝝ cōprehēdere formas. Oīa penaꝝ percurrē noīa possim. Sicut eni oc̄ls nō vidit/ nec aurꝭ audiuit/ nec ī coꝛ hoīs ascēdit/ q̄ p̄parauit deus diligentibus se: ita nec cuiq; hoīum nisi expertis nota sunt/ q̄ p̄parauit de⁹ odiētib⁹ se. Itē supplicij designat eternitatē (eternū) q₂ sine fine erūt in tormētis. Hiere. 51. In calore pot⁹ eoꝝ inebriabo eos vsq; in sempiternū: vn̄ p₃ erroꝛē Origēis eē figmētū poetaꝝ: q̄ ponit. 6°. Eneydos a virgilio: q̄ vȝ post longū tēpus dānatoꝝ aīe a penis īferni liberētur: hoc āt dixit Origenes exponēs illud. Esa. 24. Cōgregabūtur in congregatiōe vni⁹ fascis in lacū/ ꝛ ꝯcludētur ibi in carcere: ꝛ post multos dies visitabunt̄ intellexit āt origenes visitabūtur. i. liberabūtur. Sȝ nō est ita imo p̄pheta loq̄tur de reprobis q̄ an̄ extremū iudiciū moriētes claudūtur in īferno: ꝛ post multos dies. i. in fine mūdi visitabūtur/ q₂ resuscitabūtur: vt corpe ꝛ aīa supplitia patiant̄: ꝛ q̄ loq̄tur de visitatione iudicij p₃ p̄ id q̄d sequitur. ꝛ erubescet sol. ꝛc. Ↄ opinātes finiri dānatoꝝ penas dicit Hiere. 20. Cōfundētur vehemēter q₂ nō intellexerūt opprobrium sempiternū q̄d nūq̄ delebit̄. ℂ Scdo ponit̄
3 cōplemētū iudicij q̄stū ad electos. Et p̄⁹ qdē tāgit̄ eoꝝ meritū (Iusti āt.) Iustos dicit misericordes. p̄s. Iust⁹ miseret̄ ꝛ retribuet: talis iust⁹ dī q₂ suū vnicuiq; tribuit/ p̄rio vtilitatē/ deo gl'iaȝ. ℂ Itē huius meriti tāgit p̄miū vitale ꝛ eternū dicēs. (Iusti āt ibūt) a merito in p̄miuȝ p̄s. ibūt de virtutib⁹ in virtutē vbi augustin⁹ multe virtutes sunt h̄ necessarie. s. vestire nudū/ pascē esurietē/ visitare īfirmū/ colligē hospitē/ a qb⁹ oīb⁹ v̄tutib⁹ ibim⁹ in v̄tutē: ꝛ que erit ista v̄t⁹ nisi soli⁹ dei cōtēplatio? Iō subdit (In vitaȝ eternā) qd aūt sit vita eterna ip̄e dicit. Jo. 17. h̄ ē vita eterna / vt cog̃scāt te solū deū v̄uȝ/ ꝛ quē misisti iesum xp̄ȝ: igit̄ apte ītelligē deuȝ est viuē ꝛ eternū viuē: h̄ iō q₂ ip̄e ē vita ꝛ et̄nitas quē vidē ē trāsformari ī ip̄ȝ. Vn̄ eūdē vidē est vita eterna. j. Jo. 3. Siles ei erim⁹/ q₂ videbim⁹ eū sicuti est, Greg. 2. Homel̄. sup eze. vidēdo qdē īmutabilē/ erim⁹ īmutabiles: ꝛ vidēdo eternitatē/ erimus et̄ni. ℂ Et attēde q₂ rōabil'r vita et̄na ē iustitie. p̄miū: nā iusti⁹ ē īmortal' ꝛ īcorruptibil': iō v t dī Sap. 5. 4
Iusti ī p̄petuū viuēt: attēde ēt q₂ p̄miū electoꝝ p̄⁹ dixit regnū eternū: nc̄ dic̄ eē vitā et̄nā: noīe qdē regni stat⁹ gl'ie noīe/ aut vite act⁹ ei⁹ d̄sig̃tur: erūt. n. iusti ī statu regni possidētes bonū op̄s q̄d est fons vite. ℂ Rursus attēde/ q₂ lȝ dānatoꝝ pena sit p̄petua/ sī tñ hēbūt vitā eternā/ q̄ȝ viuē erit mori/ ꝛ mors īmortal': ex hijs q̄ p₃ ꝛ reprobos in eternū cruciandos/ ꝛ iustos in eternuȝ glificādos: vtrisq; eni eternitas retribuit̄: q̄ si eternū dānatoꝝ aliq̄n cōplet̄/ ēt eternū iustoꝝ termiaret̄/ q̄d nephas ē dīe. vltio ꝯsiderāti q̄ a p̄n⁹ dcā s' p₃ q̄ p̄ extremū iudiciū. q̄d p̄ trāsitū marꝭ rubri trāsibūt electi ad vitā: repbi v̄o ad suppliciuȝ: h̄ ēt scirpus leniēs ꝛ pungēs sentitur. Audi lenientem. venite bene-

dicti &c. & iterum: esurivi enim & dedistis mihi manducare/ qd enim vni ex his minimis meis fribus fecistis / et mihi fecistis. Audi rursus sirpum pūgētē. Discedite a me maledicti in ignē eternū: esurivi enim &c. videret aūt curiosum mãsiones ppli israel pñti negocio adaptare/ nisi beatus Ambrosius numerū huius tpis dixisset i sacro ipsaꝝ mãsionū fuisse. Cui & suffragatur φ dies qlibet huiꝰ tpis in romano officio statio vocatur.

℃ Feria. iij. post. j. dñicã. xl. Scdm mattheū. Cap. 21.

In illo tpe. Cū itrasset iesus hierosolymã: cō mota ē vniuersa ciuitas, dicēs. Quis ē hic? Ppli aūt dicebāt. Hic est iesus ppheta a nazareth galilee. Et itrauit iesus i téplū dei: & eijciebat oēs vēdētes & emētes in tēplo: & mēsas nūmularioꝝ & cathedras vēdentiū colūbas, euertit. Et dixit eis. Scriptū est. Domus mea domus orōnis vocabit: vos aūt fecistis illaꝫ spelūcã latronuꝫ. Et accesserūt ad eū ceci & claudi in tēplo: & sanauit eos. Uidentes aūt pncipes sacerdotū & scribe, mirabilia que fecit, & pueros clamãtes i tēplo & dicētes. Osãna filio dd: idignati sūt, & dixerūt ei. Audis qd isti dicūt? Jesus āt dixit eis. Utiq3. Nūqȝ legistis, q2 ex ore infantiū & lactētiū pfecisti laudē? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatē i bethaniã: ibi docebat eos de regno dei.

℃ Sermo pͥmꝰ tertie ferie pͥe dñice in quadragesima & in ordine. 33.



Um itrasset iesus hierosolimã/ cōmota est vniuersa ciuitas.) Mat. 21. Scda ps huius euangelij legit ēt Mar. 11. et Luc. 19. ℃ Sexta mãsio penitētiuꝫ hodie est/ que vocat desertū syn qd interpretat mãdatū. pͥmū aūt & maximū mãdatū est charitas dei & pximi. vt dī Matt. 22. Dic enim vniuersa lex pēdet & pphe. Sola vō cupiditas hoc mãdatū deserit. vñ Augu. Uenenū/ inqt/ charitatis cupiditas est: nã qntū crescit cupiditas/ tãtū diminuit charitas: pp cuius ēt cupiditatis augmētum hoiem deus deserit: nã & iudeos reliqt, ob hoc. Matth. 24. Ecce relinquet vobis domus vr̄a deserta. Jō saluator nr̄ hodie a cordibus nr̄is eijcit oēm negociationē cupiditatis. Et sicut in mãsione hesterna dãnauit eos q non largiunt ppria. Sic hodierna die eijcit de tēplo q cupiūt aliena d quo in pñti euãgelio agit: qd in tres ptes diuidit: nã i eo agitur de gr̄a/ potētia/ & sapiētia chri sti. Gr̄a qdē est: q2 nobis exhibuit pñtiã sui corpis. Poᵃ vō declarat q2 exercuit efficaciã opis. ibi. (Et intrauit iesus.) Sapia vō est/ q2 cōpescuit iuidiã murmuris. ibi. (videntes aūt pncipes.) ℃ Circa pͥᵐ aūt q̄tuor facit. pͥmo. n. ponit xp̄i itroitꝰ. 2ᵒ cū dicit (& cōmota est) tãgit tri-

plex ĩgressiõis effcũs: quo⁊ p̃mus est cõmotio ciuitatis. scõs admiratio maiestatis (dicẽs qs est hic.) tertius ẽ publicatio v̄itatis (ppli aũt dicebãt.) Propter p̃m ḡ dicit. (Cũ intrasset iesus hierosolymã.) ipsa ẽ hierl'm p̄o sic dicta: postea a Salomone hierosolyma nuncupata est. Introitus iste in hierosolymã fcũs est dñica oliua⁊/qñ venit dñs ad ipsam ciuitatẽ/in qua passurus erat. Luč. 13. nõ capit. i. nõ ꝯuẽit pp̄ha⁊ perire extra hierl'm. Illuc enim veniebat caput occidẽdũ / vbi pplĩe mẽbra sua fuerũt iter fecti. ℭ Deinde ponit p̃mus effcũs cũ dicit. (cõmota est vniuersa ciuitas.) a voce clamãtiũ osanna filio dauid. Bñdictus q venit in noie dñi osanna in altissimis: ⁊ ex multitudine comitãtis turbe cũ ramis palma⁊/ipsa ciuitas cõmota ẽ. Cuius cõmotio fuit p̄sagiũ de primo cõmotiõis future in mortẽ xp̄i. p̄s. p̄ncipes conuenerũt i vnũ aduersus dñm/⁊ aduersus xp̄m eius. ℭ Scõs effcũs ẽ regñitio maiestatis. (dicẽs. Quis ẽ hic.) Est aũt qõ ista admirãtiũ/nescientiũ/⁊ ꝯtẽnentiũ. nã admirãtes/nesciẽtes/⁊ idignãtes dñt. (Quis est hic?) Admirabant qdẽ oẽs/nesciebãt simplices. Indignabant v̄o p̄ncipes. vñ Cyprianus hoc/inqt/dicebãt p̄ncipes/q dedignabant cognoscere/quẽ ppl's reuerebat ⁊c. ℭ Tertius effcũs est publicatio veritatis (ppli aũt.) minores ⁊ q cũ iesu veniebãt. (dicebãt.) Cuius qdẽ p̄mo ostdũt p̄sitiã (hic ẽ) Baruch. 3. Hic ẽ deus nr'/⁊ nõ estimabit alius ad eũ. Itẽ nois grãm. (Jesus). i. saluatoris. Mat. 1. Ipse. n. saluũ faciet populũ suũ a pctis eo⁊. Itẽ officij p̄rogatiuã. (propheta.) Jo. 6. Hic ẽ vere pp̄heta q vẽturus est in mũdũ:

.3.

minus aũt dñt/sed plus itelligunt: nõ. n. magnũ est xp̄o esse pp̄hetã futura p̄dicentem: sed magnũ est ipm esse pp̄hetã/pp̄hias iplentẽ: de q̄ Deu. 18. pp̄ha⁊ suscitabit tibi dñs de frib⁹tuis ip̄z audies. Itẽ p̄dicãt xp̄i pãia⁊. (A nazareth.) Uiculus fuit paruus in quo xp̄s habitauit cũ matre ⁊ Joseph: iõ nazarenus appellatus est: ⁊ erat viculus p̄uicie galilee. ℭ Nõ allegorice/q: noie hie rusalẽ iudeo⁊/ppl's itelligi põt/ad quos xp̄s itrouit/ q: ex eo carnem assũpsit. Jo. 1. In p̄pa venit ⁊ sui eũ nõ receperunt. Ciuitatis ãt noie/mũdus iste itelligit. Heb. 13. Non habemus hic manẽtem ciuitatẽ: totus v̄o mũdus cõmotus ẽ xp̄o icarnato ⁊ mortuo. Quidã. n. bñ cõmoti sunt ad fidẽ. Jo. 12. Ecce mũdus totus post eũ abijt. Alij vero cõmoti sũt male ad inidiã. s. ⁊ p̄secutionem fideliũ. Isti fuerũt p̄ncipes iudeo⁊ ⁊ reges/ac tyrãni gent iliũ. De p̃mis Esa. 6. Cõmota sunt supliminaria cardinũ tẽpli a voce clamãtis. Supliminaria tẽpli fuerũt põtifices iudeo⁊. de cõmotiõe aũt tyrrãno⁊ ꝯ fidẽ. Eccl. 43. In ꝯspcũ eius cõmouebunt mõtes. ℭ Itẽ nota q: qua tuor de xp̄o admirãtes q̃rimus. p̄o de eterna eius origine. Jo. 6. Nõne hic est filius iosephi/cuius nos nouimus p̄es ⁊ mr̄es? qũo ergo dicit hic/q: de celo descẽdi? Itẽ sacra ipsa v̄go regñuit incarnatiõis eius modũ. Luč. 1. Qũo fiet istud qm̃ virũ nõ cognosco. Itẽ in cõprehẽsibilis ẽ eius sapia. Mat. 13. Uñ huic sapia ⁊ v̄tutes. Jo. 7. Qũo hic lr̄as scit cũ nõ didicerit. ℭ Itẽ admiratiue q̃rimus de eius po^a. Matth. 7. Qualis est hic/q: mare ⁊ venti obediunt ei. Sed in hijs oĩbus qs ipse sit iterrogemus eum. Jo. 8. Tu qs

Nota allegoriã.

Nõ qũo de quatuor de xp̄o admirantes q̃rimus.

tes dixit eis ie sus pncipiū qui ꝛ loquor vobis. ¶ Itē moralr nōduȝ est/qꝛ mēs humana est hierl'ȝ ciuitas dei excelsi: sic ait ps. Hierl'ȝ que edificat vt ciuitas: ꝛ iterū: nisi dñs custodiet ciuitateȝ / frustra vigilat qui custodit eaȝ. Hui⁹ vō ciuitatis duplex est edificiū: sicut dič. Augu. Primū est babilonie qḋ incipit ab amore sui/ꝛ pcedit vsqȝ ad cōtemptū dei: hui⁹ edificij diabolus ē architect⁹. 2m vō edificiū est hierl'm qḋ incipiens ab amore dei/ pcedit vsqȝ ad ꝯtēptuȝ sui: ꝛ huius auctor est deus. ps. nisi. Dñs edificauerit domū: in vanū laborauerūt q edificant eam. Prima ciuitas est mens pctōꝝ in q̄ sunt meretricia/ latrocinia/homicidia/ꝛ rebellio cōtra regeȝ ppriū deū creatorē. Esa. j. Quō facta est meretrix ciuitas ꝯdā fidelis iustitia hītauit in ea/nūc aūt homicide q se ipsos peccando interemūt ꝛ alios odiēdo. Ad talē ciuitatē venit pnceps ei⁹ mundi saluator vt petī euertat edificiū / vt pnā corrigat/ꝛ mētē reformet. iij. Cor. iij. dei agricultura estis/dei edificatio estis: venit āt xp̄s ad mētē p viā penitētie. Mar. j. pate viā dñi glo. via dñi pnia est p quā ad nos veniens/ ad se venire facit. Itē ad primū ingressum dñi saluatoris fit cōmotio tremoris ꝛ timoris hoc enī est principiū sapie. Esa. xix. Egrediet domin⁹ egyptū/ꝛ ꝯmouebunt simulacbra egypti a facie ei⁹. Egyptus tenebre dr ꝛ angustie: tales sunt dispōnes peccantium: in intellectu hñt tenebras/ī affcū angustias/quoꝝ simulacbra sunt opa diaboli q̄ imitant/ auaritia/videlȝ/ Luxuria/odiū/ Inuidia/Supbia/Ebriositas. ꝛč. Sed timore dīno hec oīa cōmouent dū ꝯsidera districtio futuri iudicij/ira indicis/cōfusio euidentiū sceleꝝ/ gehēna ppetua. ps. Cōmota est ꝛ cōtremuit terra/ fundamēta montiū cōturbata sunt ꝛ cōmota sunt qm̄ irat⁹ est eis glo. qꝛ innotuit eis ira dei. Terra sunt terre amatores. Augu. dicit. Si celū amas celuȝ es. Si terrā amas/terra es. Mōtes sunt terra eleuata: isti sūt potētes ꝛ diuites supbi/qui de terrenis sup alios eleuāt: fundamēta quibus innitūtur mōtes isti/sunt diuitie/ nobilitas/Potentia. Scia. Sȝ consideratione future ire dei/q solis terrenis ꝛ montibus irascet/ terrenum cotremit/ꝛ a fundamētis q̄tiunt mōtes. Unde in vitis patrū legit. Si possibile eēt aīas hoīuȝ in die iudicij exire a corpibus oīs mūdus moreret a terrore/atqȝ formidine: quale enī est videre celos scissos/ patentē inferni voraginē/paratos demōes rape/ ꝛ sup oīa iratū iudicē intueri. ¶ Itē a fundamentis concussa mēte peccātiū/venit in nos grā remissionis ꝛ sanat aīa. ps. Cōmouisti terrā ꝛ cōturbasti eā: sana ꝯtritiones eius/qꝛ cōmota est. Neqȝ. n. timor ille remittit pctā preterita/lȝ faciat cauere futura: qꝛ seruilis est. Sȝ ipse timor est initium introducendi grām: nā vt dicit Augu. sicut seta vel acus pungēs introducit filuȝ. Sic iste timor adducit graȝ: qḋ bñ figuratū est. iij. Regū. xix. vbi dr̄ q aduentum dñi tria precedunt. s. spūs. i. vētus/ꝛ cōmotio atqȝ ignis: neqȝ in spū/neqȝ in cōmotione/ neqȝ in igne dom⁹ post hec tria. Ecce sibillus aure tenuis/ ꝛ ibi domin⁹. Tres enim actus precedunt veraȝ penitentiā. Primus est timor mūdi/ꝛ h̄ est ventus. Scōus est timor dei/sȝ seruil'/h̄ ē ꝯmotio. Terti⁹ ē tribulatio sclī h̄ ē ignis in q̄ pacietes

[Margin notes: Nō moralē expositionem. — .3. — Ex.m — .4.]

solidanť/s3 in paciētes crepāt ⁊ qm̄ de⁹ charitas ē / timor aūt nō est in charitate: iō nō ē de⁹ nec in spū/nec in ↄmotione/nec ēt in eis ē q vera in pħtibus mal'/iō nō peccāt/q2 nō pñt. Jtē de⁹ ē i sibillo aure lenis. aura ē afflatus gr̄e spūs scti/ q̄ lenis dť/q2 aspitatē future ire mitigat: hui⁹ vo aure sibillus ē i terna eru ditio/q2 sibillus ē vox illitterata / ⁊ nō lr̄is/s3 ispirationib⁹ erudit nos de⁹ ibi vo est dñs ad aurā post meri diē q̄rēs hoīe3 q peccauerat vt peniteret. Jtē admirať penitēs grām remissionis sibi collate/q. s. idigno sit xp̄o recōciliat⁹. Et dicit in seipso gaudēs ⁊ admirās qs ē hic? Luc. 7. Quis ē hic/ q ēt pctā dimittit? si au diam⁹ sibillū aure lenis/ h ē iesus q saluū fac ppl3 suū a pcīs eo⁊ hūc si billū cupiebat audir̄ ps. dicēs dic aīe mee salus tua ego su3. Augu. 1. lib. ↄfe. dic mihi p miserationes tuas dñe de⁹ me⁹ qd sis mihi: dic aīe mee salus tua ego su3. Sic dic vt audiā. Ecce aures cordis mei ante te dñe: aperi eas ⁊ dic aīe mee salus tua ego su3: currā post vocē hāc/⁊ apprehē dam te: noli abscōdere a me facie3 tuā/ne moriar/vt eā videā. ℭ Jtē salus nr̄a est a nazareth galilee. naza reth flos iterpretať: galilea vo trāsmigratio dī. xp̄s flos est gr̄e: eni⁹ flo ris fruct⁹ glia erit: de quo dī. Esa. xj. flos de radice ei⁹ ascēdet. Jn florib⁹ aūt virtutū flos iste manet. Can. 2. Dilectus me⁹ pasciť iter lilia: nos q3 hui⁹ floris colore ⁊ odore pascamur/q redolet in predicationibus/ colorať aūt in sctis opibus: s3 non

1 semper flore3 hēbimus: imo aliqñ

2 trāsibimus ad gustū fruct⁹: iō flos iste trāsmigratiōis dī/q2 post odorem ⁊ colorē floris/ ad sapore3 fructus glosi pducit. Can. ij. fructus illius dulcis est gutturi meo.

ℭ Sermo. 2⁹. 3ᵉ. ferie prime dñice in xlᵐᵃ: ⁊ in ordine. 34.

Secūdo cū dī. (Et intrauit iesus.) Triplex xp̄i operatio distinguiť. pma est reuerētie. 2ᵃ in stitie ibi. (Ejiciebat oēs.) 3ᵃ est misericordie ibi (⁊ accesserunt ad eū) .1.
pp primū dicit (⁊ intrauit iesus in tēplu3 dei.) Remigi⁹ hoc inqt propriū erat boni filij/vt veniēs in ciuitatem/ po ad domū p̄ris curreret. Luc. ij. Nesciebatis q2 in hijs que p̄is mei sunt op3 me esse? Et vt dic Raban⁹. Jngressus xp̄s i vrbē/statim tēplu3 adijt/ formā religiōis demōstrans/ vt quocūq3 im⁹ post domū orōnis si adest adeamus/ ⁊ per orones deo cōmendati/ postea ad agēda negocia secedam⁹. Mat. vj. pᵐ q̄rite regnū dī. ℭ Aduertēdū q2 domū dñi/q̄ tēplū dicebať non licebat ingredi nisi sacdotib⁹. S3 circa tēplum quattuor erāt atria / sicut sunt claustra religiosorū: quorum p rimū tēplo vicinius erat sacerdotum ⁊ leuitarum / in quo erat altare holocaustor sub diuo. ℭ Secūdum atrium magnum quod dicit basilica/ambiebat istud in quo orabant viri soli: Hic erat Porticus Salomonis/in qua reges stabant ad orationē. post erat 3ᵐ atriū feminarū. Erat etiā. 4ᵐ atriū in mū dorum ex pplo iudeo⁊ cōe gentilibus: hec atria cōiter templi noīe appellanť: sicut ait. ps. Jn domum dñi letantes ibimus. Stantes erāt pedes nostri/in atrijs tuis hierusalem: ⁊ iterum. Qui statis in domo domini/in atrijs domus dei nostri. Cum ergo dicitur xp̄s intrasse tēplum et inde eiecisse negociantes/ intelligendum est non de ipsa domo domini/ sed de atro templi.

¶ Sc(d)o cu(m) dicit. (Eijciebat oẽs.) ponit rigor iustitie xp̃i quo ad triplicẽ actu(m). s. eiectiõis/ subuersiõis/ et reprehẽsiõis. p(ro)p(ter) primũ dicit (Eijciebat oẽs vẽdẽtes et emẽtes in tẽplo) i. atrio tẽpli. Sicut dicit Hieronym(us) ad tẽplũ d(omi)ni cã imolationis de cũctis pene regionib(us) iudeorum (con)fluebãt hoĩes. Sed accidebat plerũq(ue)/ vt de lõge veniẽtes/ victimas nõ haberẽt. Excogitauerũt q(ui) sacerdotes q(uo)mõ p(re)dã de populo facerent/ et oĩa aĩalia sacrificijs apta vẽdebãt nõ h(abe)ntib(us): et rursus ea ab offerẽtibus suscipiebãt. ¶ Secundus actus iustitie fuit/ q(uia) subuertit ipsas negociatiões: subuertit q(ui)dem negociãdi p(re)tia/ et negocio(rum) venalia: de subuersione p(re)cio(rum) ait. (Et mẽsas nũmulario(rum).) Nũmularij d(icun)t(ur) q(ui) pecuniã feneranf: nam vt dicit Hiero. plerũq(ue) accidebat vt q(ui) de longe venerãt nõ haberẽt pecuniã emẽdi sacrificia: ideo sacerdotes prouiderũt feneratores q(ui) sub cautiõe pecuniã mutuabãt. S(ed) q(uia) in lege p(re)ceptũ erat vt nemo vsuras acciperet: pecunia t(ame)n fenerata nihil p(ro)desse videt(ur)/ q(uia) nõ habet cõmodum: ideo excogitauerũt sacerdotes alias fraudes/ q(uia) loco vsurarum accipiebãt munuscula vilia diuersignũs/ poma/ aut vuas passas/ vel etiã varias species/ putãtes taliter lucrũ habere ex mutuo sine peccato vsure: cũ tamẽ hoc ipsu(m) sit (pro)hibitũ. Eze. 22. vbi dicit(ur) vsurã et sup(er)abundantiã accepisti/ et auare p(ro)ximos tuos calũniabaris. Itẽ negociatiõis subuertit venalia. ideo ait (et cathedras) i. sedes (Uẽdentium columbas euertit.) Sicut dicit Hieronym(us). turtures et pulli colũba(rum) erant oblatiões paupe(rum). Ut si ne ipsi paupe(re)s sine oblatiõe recederẽt/ etiam colũbas sacerdotes p(ro)ponebant venales/ q(uia) oĩa d(omi)n(u)s subuertit in marco aũt addit(ur). Et non sinebat vt q(ui)sq(uam) vas. i. aliquod vtẽsilium p(er) tẽplum transferret. etc. ¶ Tertius actus est reprehẽsionis: de quo s(u)b(dit). (Et dicit eis.) vbi duo tãgit. s. domus dei vsu(m) et abusu(m): de vsu dicit. (Scriptũ est) Esa. 56. (Dom(us) mea domus oronis vocabit(ur)) q(uasi) a(dicat) si dicat in eccl(es)ia nõ est negociãdũ/ nõ luxuriandu(m)/ nõ (con)fabulandu(m)/ sed orãdu(m). augu. in regula in oratorio nemo aliq(ui)d agat/ nisi ad q(uo)d factũ est. Unde et nomẽ accepit. de inde tãgit isti(us) domus abusu(m) (vos aũt) cupidi sacerdotes. (fecistis illam speluncam latronũ) Jere. 7. Nõne spelunca latronum facta est domus ista/ in qua inuocatu(m) est nomen meum: na(m) sicut latrones latitãt in spelũcis/ vt ex improuiso trãseũtes spolient. Sic sacerdotes sub religiõe tẽpli latitãtes/ ad se veniẽtes expoliabãt. ¶ Et nota s(ecundu)m aug. q(uod) d(omi)n(u)s n(on) tantũ rigorẽ oñdit (con)tra eos/ q(ui) negociabãtur in tẽplo ea q(ue) p(ro) tẽpore illo necessaria erãt in sacrificijs dicẽs/ q(uod) domu(m) oronis fecerũt spelũcã latronũ/ vt oñdat in quãta reuerẽtia sit habẽdus locus deo dicat(us): q(ui)d q(ui) putam(us)/ si potatores/ aut ĩpudicos/ aut (con)tẽtiosos inuenisset: nonne diceret fecistis domũ istã tabernã/ aut postribulum/ vl' ẽt forũ litium. Hoc (con)tra eos q(ui) ecclĩã d(omi)ni faciũt collocutoriũ q(uo)d nullo tẽpore licet vt loc(us) ipse parat(us) sit semper oroni: ẽt p(re)ter horas cõstitutas orare volẽtibus. ¶ Item nota s(ecundu)m Hiero. q(uod) multi putãt maximũ miraculo(rum) d(omi)ni fuisse resuscitationẽ lazari. Jo. 11. Alij q(uod) cec(us) a natiuitate lumẽ recepit. Joã. 9. Plures maximũ putãt. q(uod) ad iordanem vox pa-

Max(imum) miracu(lum) loru(m) re(sur)rectio la(zari)

ari a g | tris audita sit. Mat.3. Quidaꝫ ve
oni sdaꝫ, | ro sup oīa esse ꝙ in mōte trāsfigu
putaba | ratus gliam ostenderit triūphantis.
tur. | Mat.17. Sꝫ tñ vt dic̄ Hiero. mi-
hi inter oīa signa hoc videt̄ mira-
bilius/ꝙ vnus homo ꝛ illo tēpore
cōtētibilis/ ꝛ intm̄ vilis/ vt postea
die.6.crucifigeret̄/supbis ꝛ phari
seis cōtra se seuiētibus/ ꝛ vidētib⁹
lucra sua destrui potuerit vn⁹ fla
gelli verbere tātaꝫ eijcere multitu
dineꝫ/ mēsasq̄ subuertere ꝛ cathe
dras ꝯstringere/ꝛ alia facere q̄ infi-
nitus nō fecisset exercitus. Sꝫ qua
Nō du- re tanta multitudo nō potuerit ei
bium. resistere/subdit Hiero. igneuꝫ eni
qddam atq̄ sydereuꝫ radiabat ex
oculis eius/ꝛ diuinitatis maiestas
lucebat in facie. Job.41. Quis po
test resistere vultui meo? ps. Tu ter
ribilis es/ꝛ qs resistet tibi? ¶ No-
tāduꝫ ꝙ bis legit̄ dn̄s eiecisse ne-
gociatores de tēplo. ¶ De prima
eiectiōe solus. Joānes facit mētio
nē. Jo.2. De scd̄a vo quā pre mani
bus habemus tres alij euāgeliste
loquūtur. Rursus tribus vicibus
in anno legit̄ euāgeliū de eiectione
ista: bis.s.in q̄dragesima/ꝛ semel ī
dn̄ica nona post pēte. Duab⁹ qui-
dem vicibus facta est eiectio nego
ciātiū de tēplo/pp duplex tēpluꝫ/
spiritnale.s.ꝛ misticū/ꝛ morale: ex
quib⁹ lucra terrena sunt eijciēda.
De primo tēplo dicit̄ Ephe.ij. ī la
pide xp̄o oīs edificatio constructa
crescit in tēpluꝫ scm̄ in dn̄o. De al-
tero.j. Cor.iij. Nescitis q2 tēplū dei
estis vos/ꝛ sp̄us dei habitat in vo
bis. vtrūq̄ tēplū est dom⁹ orōnis
nā extra ecclīam nullus exaudit̄.
Mat.18. Si duo ex vobis ꝯsense-
rit sup terrā/de omni re q̄cūq̄ pe
tierint/fiet illis a patre meo qui in
celis est. De tēplo autē mētio dici-

tur ioan.4. Sp̄us ē deus ꝛ eos qui
adorāt ī sp̄ū adorare opꝫ. Sꝫ vtrū
q̄ tēpluꝫ cupiditas auaritie efficit 3
speluncaꝫ latronū. pp primū Esa.p̄-
mo principes tui infideles/socij fu-
rū oēs diligunt munera/sequūtur
retributiōes. Jere. vj. a minore vs
pe vsq̄ ad maiorē oēs auaritie stu
dent. Propter scd̄m. Nauꝫ.2. Im-
pleuit p̄daꝫ speluncaꝫ suaꝫ/ꝛ cubile
suū rapina. ¶ Notāduꝫ ꝙ de ceta
ecclie eijciunt̄ negociatores/vsura
rij/ꝛ symōiaci. ¶ Negociatores sūt
vēdentes ꝛ emētes: qui.s.vēdunt
qd emerūt. naꝫ iō emūt vili⁹ nō vt
vtantur sibi/sed vt vēdant carius.
Unde Chrisostom⁹. Homo merca
tor non pōt placere deo. iō nullus
xp̄ian⁹ dꝫ esse mercator. Aut si vo-
luerit eē p̄ijciat̄ de ecclia. Un̄ ps.
Fm aliaꝫ litterā qm̄ nō cognoui ne
gociatiōeꝫ ītroibo in potētias dn̄i.
Nec tñ oīs mercatio dānatur hijs
verbis: licita est enim negociatio
necessitatis/illicita vo cupiditatis.
¶ Ubi aduertēduꝫ/ ꝙ lꝫ negocia-
tio sit cōmutatio emptionis ꝛ vēdi
tiōis. nō tamē oīs cōmutatio ē ne
gociatio. Qui enim vendit ꝛ emit
pp necessitatē vite ꝛ status sui/ ille
pollitic⁹ vel ichonomic⁹ ē. Qui vo
vēdit ꝛ emit pp lucrū: ille negocia-
tor ē. Primū est licitū dūmodo res
vendat̄ ꝛ ematur pro quanto va-
let. Nisi forte pp ter detrimētuꝫ qd
quis patit̄/carēdo re quaꝫ vendit/
maius petat p̄ciū ab eo qui multū
ex ea iuuat̄. Secūdum auteꝫ.s.exer
cere cōmutatiōeꝫ venaliū propter
lucrū tm̄ est vitiū/q2 deseruit cupi-
ditati/q̄ terminū nō hꝫ. Sicut dic̄
Jme. Crescit amor nūmi/q̄tū ipa
pecunia crescit. Si tñ aliqs nego-
ciat̄ propter lucruꝫ/ non quidem
illud attēdens principalr. Sꝫ aut

pp suã/aut suoꝝ/aut paupeꝝ sust ē-
tationẽ/lucrũ moderatũ q̄rit: ille n̄
ē negociatoꝛ q̄ de tẽplo eijcit/q2 nō
ē cupidus/s3 neccius/pi⁹ / ⁊ vtil'. De
tẽplo āt cupid⁹ solũ negociatoꝛ eij-
cit. ⁋ Aduertẽdũ est ēt q2 vtriq3 ne
gociatori.s.cupido ⁊ moderato cōe
ē qñq3 vili⁹ emẽ/qꝺ carius vẽdunt
qꝺ q̄dē licite fieri pōt. Si res fcā est
melioꝛ nã vl' arte. Aut si bonitas ei⁹
euidẽtioꝛ ē: h̄ ēt licitũ est: si p̄ciũ rei
mutatũ ē s3 diuersitatẽ loci ⁊ t̄pis:
Aut ēt pp p̄iculũ cui q̄s se exponit.
trãsferẽdo rem de loco ad locũ. P3
ḡ ex dcīs ꝙ duo sunt in negociatio-
ne cauẽda. P̄mũ vt nō vẽdat' res
plus/nec emat' min⁹ q̄3 valeat. 2° vt
lucrũ p̄ncipal'r n̄ q̄rat'. ⁋ S3 cupidi
mercatores ꝯ h̄ dupl'r obijciũt p̄-
mũ q2 cōiter dr̄ ꝙ res tm̄ valet quã
tũ vẽdi pōt: ad qꝺ statī3 dd3 ē ꝙ du
plex ē posse.s.iuris ⁊ fci: v3 aũt res
quãtũ vẽdi pōt de iure/ nō de fctō
solũ. ⁋ 2° obijciũt q2 oīb⁹ emẽtib⁹
vt vẽdãt h̄ ē ītẽtio / vt cari⁹ vẽdãt:
ḡ oēs tales peccãt qꝺ nimis duꝝ vi
det'. Et dꝺ ꝙ si oēs h̄ ītẽdũt/oēs sũt
iniqui: nec multitudo excusat. Vñ
btūs. Augu. xiij. lib. de tri. dic̄ ꝙ q̄-
dã mimus p̄misit se dicturꝝ in q̄dã
spectaculo oīb⁹ q̄d vellẽt/⁊ q̄d ī aīo
hẽrent. Cũq3 ad diẽ ꝯstitutũ maioꝛ
multitudo venisset: oīb⁹ suspẽsis ⁊
silẽtib⁹: ait. vili vultis emẽ ⁊ care vẽ
dẽ. Et dic̄ augu. h̄ dixisse mimũ/q2
se talẽ ⁊ eos quos exptus fuerat co
gnoscebat: iō oēs tales esse arbitra
tus est. S3 vt dicit Augu. in rei ve-
ritate hoc velle/vitiũ est: ⁊ amore iu
stitie iste appetitus corrigẽdus est:
nec veꝝ est oēs hoies esse sic dispo
sitos / vt rem velint emere minus
q̄3 valeat: nã vt recitat ibidẽ augu.
cuidã cũ oblatus fuisset codex vena
lis/ab eo q̄ preciũ eius nō nouerat
iōq3 exiguũ poscebat/ipse emẽs nō
opinãti multo ampli⁹ dedit vẽdito
ri vñ p3 nō eē verũ qꝺ dicebat' oēs
hoies sic esse dispositos/vt rẽ imu-
tatã vili⁹ velint emẽ/cari⁹ aũt ven-
dẽ: tales.n. sunt iniqui tm̄: s3 nō iu-
sti. ⁋ Scḋs ordo cupidoꝝ sunt nũ- .4.
mularij / ⁊ vsurarij/⁊ feneratores: cupido
isti eijciunt' de tẽplo ecclie quãtū3 rũ scḋs
ad meritũ : ⁊ a deo excōicati sunt/⁊ ordo.
mēse coꝝ subuertant'. In mẽsis cō-
putãt pecuniã tribuẽtes mutuũ/ ⁊
recipiẽtes fenus. Vñ mẽse sunt eo
rũ rōcinia ⁊ cautele. Qui aũt vsu-
rarij nō sint de cetu fideliũ/p3 a ꝯ-
rio sensu p id qꝺ dr̄ in ps̄. Dñe q̄s
hītabit in tabernaculo tuo ⁊c̄. cer-
te q̄ pecuniã suã nō dedit ad vsurã.
Scriptũ est.n. Exo. xxij Si pecuniã
ṁderis mutuo pplo meo/nō vrgebis
eū q̄si exactoꝛ/nec vsuris opp̄imes.
Et leui. xxv. Ne accipias ab eo vsu-
ras/nec ampli⁹ q̄3 dedisti: time deũ
tuũ ⁊ frī tuo nō dabis pecuniã tuã
ad vsurã/ ⁊ frugũ abũdãtiã nō exi-
ges/ego dñs istud p̄cipio: vñ peio-
res sũt vsurarij xp̄iani iudeis: qm̄
iudei ⁊ si ab alienis/nō tn̄ a iudeis
vsuras petũt xp̄iani aũt vsurarij ne
mini p̄cũt / nec xp̄iano/nec amicō/
nec paup̄i/aut cl'icis/ aut religiosis.
s3 nec p̄prijs ꝯsanguineis. Et ꝯsidēm
ꝙ nō solũ vsura pcī/s3 ēt vsura mẽ vsura
tis p̄hita ē. Qui.n. mutuat spe feno mẽtis ēt
ris/alias n̄ mutuatur⁹ peccat: ⁊ si q̄d p̄hibet.
recipit vltra sortẽ/restituẽ tenet' q̄cq̄3
n̄ īuenerit pactũ di.n. Lu. 6. Simu
tuũ ḋderitis hijs a q̄b⁹ sp̄atis recip̄e/q̄
grā ē vob/nã pcōres fenerant': mu
tuũ ḡ date nihil ī desp̄ãtes. Itẽ soli-
da pcā feneratoꝝ q̄si mẽsuras ⁊ exq̄
sita rōcinia ac subtiles ad inẽtiōes
lucrãdi dñs euertit/cũ c ē qꝺ excogi
tauerint clpa eē ꝯuincit'. ps̄. Preci-
pita dñe ⁊ diuide liguas eoꝝ: q2 nō

defecit ab eis vsura ⁊ dolus. ps. Fi at mēsa eoꝝ corā ipsis i laqueū ⁊ i retributōes ⁊ i scādalū: obscurēt oculi eoꝝ ne videāt/⁊ dorsuz eoꝝ sp̄ i curua. effūde i p eos irā tuā/⁊ fu ror ire tue ꝯp̄ehēdat eos: q̄ si p̄p̄ istā subuersiōez se nō ꝯtinuerit/ma net eis subuersio īfernalis: d. qua Eccl. 9. nō zeles glīaz ⁊ opes pctō ris: nō eni scis q̄ futura sit illis sub uersio. ℂ 3⁹ grad⁹ cupidoꝝ cūctis dtestabilioꝝ/ē symoniacoꝝ: q sacra vēdūt: aut emūt. De istis di q̄ dn̄s eiecit d tēplo vēdētes colūbas: et cathedras eoꝝ subuertit. Sic dic Hiero. p colūbas dona sp̄us sctī: vel sacr̄a ecclie p̄nt itelligi. Seden tes i cathedra sūt pōtifices ⁊ p̄la ti/q vēdūt colūbas. i. gr̄az sp̄ū scī/ dignitates/p̄bēdas/⁊ sacra ꝯ id qd dr̄ Matth. 10. Qd gratis accepi stis/gratis date: isti oēs excōicati st̄ a deo/⁊ ab ecclia eiecti. Nu. 5. p̄ci pite filijs isrl̄ vt eijciāt de castris oēm leprosuz. i. symoniacū: nā ge zi p̄m⁹ simoniacus leprosus fcūs est: ⁊. 1. Esdra. 2. Eiecti sūt de sacer dotio q nō īuenerūt geneologiaz suā: genus sacerdotū gr̄a ē nō nā/ aut pactū. Eijciūt aūt qb⁹ nō dat gratis. Itez subuertit cathedras: qm̄ vt dic hiero. magroꝝ dignitas ad nihilū redigit/cū merit ꝯmixta lucris: obserua ēt vt dicit Hiero. p̄p̄ auaritiā sacerdotū/altaria dei mēsas nūmularioꝝ appellari/que subuertunt: q: reprobant orōnes taliū altarioꝝ: iuxta illd Malac. 2. maledicā bn̄dictionibus v̄ris. Vn̄ 2. Paralipo. 14. subuertit altaria peregrini cultus.

Simoniaci sacra vendētes.

ℂ Sermo tertius tertie ferie p̄me dn̄ice i q̄dragesima ⁊ i ordine. 35.

riant/z que ex ipsis vitia oriantur. Superbia qdem vt dicit Augu.li. sniaz psperi.est amor pprie excellentie/vel vt idem dicit.14.lib. de ciuitate dei.Supbia est puerse celsitudinis appetitus. vnde sm Isidor.Supbus dictus qz sup vult videri q̃z est:peutit aũt mentẽ regia ista quatuor modis vt dicit Greg. 23. lib.mor.q̃tuor qppe sunt species eius.pma cũ bonũ qd qs habet a semetipso putat esse scda cũ credit bonũ qdem illud esse a deo/sed sibi datum p suis meritis. tertia cũ iactat se hre qd nõ hz. quarta cũ ppter id qd vere hz bonũ despectis alijs singularis vult videri:vñ pz supbiã nasci ex bono/ sed in similitudinẽ vipe ples parentẽ occidit.Huius regine pgenies sũt oia vitia.Sicut dr Thobi.4. In supbia sumpsit initiũ oĩs pditio:ideo nunq̃z eã in tuo sensu/aut in tuo vbo dñari pmittas:bene dicit nõ pmittas eam dñari tuo sensui/qz pmi motus supbie ex eo q nõ pna lẽt/sz subijciũt rõni crimia si sũt. Sed si dñant nro sensui/pctã mortalia sũt.vñ pz qz nõ est pctm̃ mortale oĩs motus supbie:q̃nq̃z enim aut nullũ pcm̃/aut veniale tm̃. Primus dux regine/ab ea nihilominus nascens est inanis glia/q̃ nihil aliud est q̃z appetitus vane laudis: vane qdem laudis dico/qz non est vitiũ appetere gliam stabilẽ imo dr Eccle.41.Curã habe de bono noie.Sed vane laudis amor vitiũ est:vt dicit Aug.v.lib de ciuita.dei. Peccatũ aũt istud v.tiũz tripl'r.qz tres sunt/spẽs eius. Prima est ex pte obiecti/cũ qs gliari appetit de re fragili z caduca 9 illd Hier. 9. Nõ gliet sapiẽs i sapia sua/nec fortis in fortitudine/nec diues in diuitijs.secũda ex pte principij:cum videlz/ab hoie cuius iudicium nõ est certũ querit glia.Jo.xij. dilexerũt magis gliam hoium q̃z dei. 3a spẽs est ex pte termini/qñ glia psis nõ refert in debitum finẽ.s.in honorẽ dei/vl primi edificatoz.Jo.5. Quõ vos potestis credereq gliaz ab inuicẽ accipitis/z gloriã que a solo deo est non q̃ritis? Huius ducis exercitus.vij.vitia sunt/ que de eo nascũtur.s.inobedientia/iactantia/hypocrisis/9tentiões/ptinacie/discordie/z nouitatũ psumptiões. scds supbie dux est inuidia/q̃ nihil aliud est q̃z tristitia alieni boni extimati esse detrimentũ pprie excellẽtie.vñ 9siderandũ q dolere d bono alteri9 quadrupl'r 9tingit vno modo/si ex alterius bono/ verisilr dubitat qs sibi/vel bonis viris fieri periculũ/z talis dolor põt esse sine pctõ.vnde Greg. xxij.lib. mora. dicit q pleruq̃z euenit/vt nõ amissa charitate inimici. nos ruina letificet : z sine inuidie culpa eius nos gloria 9tristet.Cum z eo ruẽte quosdã bene erigi credimus/z eodẽ pficiente plerosq̃z iniuste opprimi formidamus. 2o modo quis põt 9tristari de bono alterius/nõ qz ille hz/sed qz ipse caret : z talis dolor vocatur zelus. Et si tristitia ista fuerit de bono honesto/ laudabilis est.Si vero fuerit de bonis tẽporalibus põt esse laudabilis/z nõ laudabilis.Tertio modo aliqs tristat de bono alicuius/ ppter hoc qz est eo indignus/que tristitia nõ potest esse de bonis honestis / sed de trãsitorijs est/z vocatur nemesis:nec tñ esse debet/qz talia dant a deo non 9siderata dignitate eorum qbus dantur. Quarto modo aliqs tristat de bono alterius/

Nota d inuidia

2

Nota de inuidia

q2 putat illud esse diminutionē p
prie excellentie/ et hic dolor inuidia
est: vt dicit in rethoricis. Multipli
citer autē percutit h vitium. Aut
enim dolemus de bono transito-
rio proximi/ aut de bono gratie qd
est grauissimū peccatum: sc3 in spi
ritū sanctū/ aut dolemus d equip
perantia pximi/ aut de excellentia/
aut est dolor circa bonū psone con
iuncte/ aut extranee. Sub isto du-
ce militant. v. ex ipso orientia vitia/
q sunt/ odium/ susurratio priuata/
detractio aperta/ et exultatio in ad
uersis pximi/ et afflictio in prospe-
ris. Tertius dux beelzebub princi
pis vitiorum ira est/ que diffinitur q
sit inordinatus vindicte appetit9.
Inordinatus ideo dixi/ q2 triplex
est ira: sc3 passionis/ zeli/ et vitij. Ira
passionis non est peccatū si subito
moueatur. vnde ps. ait. Irascimini
et nolite peccare. Sed eadem ira si
reguletur/ vt q aliquis appetat vin-
dictam malorum fieri sm ordinē3 rō-
nis/ laudabilis est/ et vocatur ira ze
li. Sic iratus est moyses cōtra ido
latras. Exo. 32. Et non irasci hoc
modo quādo oportet vitium est.
Unde chrysosto. super Matthe.
Qui cum causa non irascitur/ pec
cat. patientia enim irrationabilis
seminat vitia: negligentia3 nutrit:
et nō solum malos/ sed etiā bonos
inuitat ad malum. Ira vero passio
nis vitium est. si appetitus vindi-
cte cōtra rationis ordinem sit: pu-
ta cum aliqs appetit qualitercun-
q3 alium puniri/ vel eum qui non
meruit/ vel vltra q3 meruerit / vel
non debito modo: aut preter debi
tum finem/ qui est cōseruatio iusti
tie/ et correctio peccātis. Peccat et
quis per iram/ si imoderate mo-
ueatur sm eam. De hac ira vitij di

Nota de ira.

cit Job. v. Uirum stultū interficit
iracundia: est enim peccatū mor-
tale: percutit autē hominē vitium
istud quatuor modis vt dicit Gre-
go. v. lib. mora. Primo qde3 aliqui
irascuntur tarde/ et cito placātur.
Scdo alij cito irascuntur / et cito
placantur. Tertio qdam tarde ira
scuntur/ et tarde placantur. Quar
to nonnulli et cito irascuntur/ et tar
de placantur. Prima percussio est
leuis. Scda grauis. Tertia graui-
or. Quarta grauissima. Huius au
tē vitij. vj. sunt filie exercitum eius
cōstituentes: sc3 Rixa. Tumor mē-
tis. Contumelie. Clamor. Indigna
tio. Blasphemie. Quartus dux re
gine vitiorū accidia est/ que diffini-
tur q sit tristitia de spirituali bo-
no/ vel sm Damascenū. Accidia est
tristitia sic deprimens animum bo
minis/ vt nihil boni ei agere libeat:
sicut ait ps. Omnē escam abhomi
nata est anima eorum: ideo ab alijs
diffinitur q accidia sit torpor men
tis bona inchoare negligentis.
Sciendum aūt q tristitia que est
de malo apparent/ bona tamē exi
stenti/ mala ē. ij. Cor. vij. Seculi tri
stitia mortē opat: tristitia vō d ma
lo si moderata sit/ bona ē: vt cū qs/
de peccatis suis tristat. ij. Cori. vij.
Tristitia que est sm deū/ penitētiā
in salutem stabilem opat. Si vero
hec tristitia sit imoderata/ vitium
est: ideo eam phibet apl's. ij. Cori.
ij. Bonū vero spirituale de quo tri
statur accidia/ non est spirituale
cōmuniter acceptum: omne enim
vitium de deo tristatur/ nec est bo
num spirituale inquantū laborio
sum vel molestum corpori/ aut de
lectationis eius impeditiuum.
hoc enim ad vitia carnalia ptinet.
Sed bonum spūale de quo tristat

Nota de accidia.

accidia est bonū diuinū de quo directe gaudet charitas. dupl r ḡ vt p3 ħ vitiū pcutit mētē. Siue cū tedio sibi sunt spūalia bōa/siue cū nimis tristaſ de malis. Subisto vitio sex eius filie militāt. s. malitia/q̄ est detractatio ipsi⁹ spūalis boni operis. Rācor/q est īdignatio ꝯ psuadētē spūalia. Pusillanimitas/q est timor aggrediēdi ardua. vel consilia. Desperatio que facit a fine vltima resilire. Torpor ad precepta. Euagatio mētis ad illicita. ¶ Quintus superbie dux auaritia est/que diffinitur esse imoderatus amor habēdi diuitias: qd̄ ideo dico ꝙ īmoderatus amor aliarū rerum est cois cōditio cuiuslibet vitij: dico etiā immoderatus/q: cū diuitie sint vtiles ad vitam hoīs /, si quis eas cupiat quātū sufficiēs est ad vitā fm cōditionem status sui nō peccat. Sȝ vltra hoc diuitias cupere vitium est auaritie: de quo Eccli̇a. 10. Auaro nihil est scelestius: ꝛ nihil est iniquus q̄ȝ amare pecuniā. Huius vitij 10. species sunt/qb⁹ pcutit mētez/q̄ reducūtur ad tres generales modos auaritie: diciſ enim aliqs auarus/aut retinēdo ppria/aut per lucrū faciēdo ppria/aut capiēdo aliena. pmo modo tripliciter. Qui enī īmoderate propria diligit/ aut nihil ex eis largiſ/ꝛ vocaſ tenax. aut paruuȝ quid dat/ꝛ diciſ parc⁹. aut cū difficultate tribuit/etiā magnaȝ vim faciens de paruis/ꝛ vocaſ ab Aristotele. Riminibilis. i. Rimini vēditor/quē nos difficilē vel oīi pōderatorē dicere possumus. Secundo modo qs est auarus cupiendo aliqua sibi fieri ppria p lucrū turpe/qd̄ quadrupliciter cōtigit. Aut enim exercet vilia/que eum non decent. Aut exercet prohibita/ sicut ē meretriciū. aut exercet id qd̄ gratis oportebat fieri/sicut vsurā. Aut exercet parua ꝛ multa expectat lucra/sicut tabelliones officialium/ ꝛ mediatores qui ex modico labore lucrū magnū expectāt. Tertio modo quis auarus est aliena tollere cupiēdo. Et siquideȝ clā ea cupiat aufferre/fur dicitur. Si vo palam per violentiam/raptor est. Si vero ludi spē/iste est aleator / qui etiam ab amicis quibus dare oportet/tollit. Istius ducis exercitū. 7. vitia cōstituūt: que de eo nascūtur. Et sunt hec proditio/ que est dolus psone. Sicut iudas ex auaritia xpm prodidit. Fraus/que est dolus rei. Fallacia/ que est dolus simplicis verbi. Periuria Inquietudo/ que est cura superflua mentis. Violentie. ꝛ obduratio ad misericordiā. Sextus dux beelzebub. i. superbie principis peccatorū est gula/que diffinitur eē īmoderatus appetitus animalis cibi: dico auteȝ immoderatus/q: si quis cibuȝ cupit cū moderamine rationis/ non peccat. dico etiaȝ appetitus animalis/q: vehemēs naturalis appetitus cibi/ qui est fames ꝛ sitis peccatū nō est. qa non subdiſ rationi/ sed necessario exurgit qn potius talis appetitus est pena: appetit⁹ aūt talis ex imaginatiōe puenit: ꝛ hic ratiōis moderamini subijciſ. Unde immoderatio eius gule vitiū est. Percutit aūt nos istud vitium quinqȝ modis vt dicit Grego. 30 libro mora. primo enim tentat nos hoc vitiuȝ indigentie tempora preueniendo. Secundo lautiores idest pretiosiores cibos in substantia concupiscendo/quos nec patria nec conditio exigit psone. Tertio modo tētat/q̄ sumēda sunt curiosi⁹ pparā

3 Nō de auaritia.

Nō de gula.

do. 4° mō mēsurā debite refectiōis excedēndo. 5° mō nimis auide sumēdo. Huiꝰ aūt ducis exercitꝰ q̄nq꞉ sunt vitia ex eo nata. s. inepta leticia. Scurrilitas. i. iocularitas / vel gestoꝝ / vel turpiū vboꝝ. Et imūditia / vel sumptiōis cibi / vel emissiōis p vomitū / aut quātū ad emissionē seminis nocturnā / q̄ crapulā seq̄nt. Et multiloquꝫ. Et hebetudo mētꝫ / circa ītellꝫ speculabiliū. Septimus dux ipsiꝰ regis / ꝛ pricipis belzebub luxuria est / q̄ diffinit eē libidinose voluptatis appetitꝰ: libidinose dico / q꞉ siquis apppetit carnis voluptates seruato rōnis ordine / libidinosus eē nō di / nec talis appetitus luxuria est. Hoc āt vitiū octo spēs hꝫ qbus pcutit: h̄ aūt sunt fornicatio / q̄ est appetitꝰ solute. Itē turpitudo q̄ ꝯsistit ī aspectu / risu / nutibꝰ / osculis / amplexibꝰ / vbis / ꝛ tactibus ipudicis. Itē stuprū. qd̄ est v̄gīs deflozatio. Itē raptus / qn̄ puella v̄go aut corrupta / siue ꝯ volūtatē suā / siue ꝯ volūtatē eoꝝ qbꝰ cōmissa est / violēter abducit violāda / siue corruptio seq̄t siue nō. Itē adulterium qd̄ cōmittit vtꝰ dicit leo pp. Cū ꝓprie libidinis īstictu / vel aliene cō sensu / cū altero / vel altera ꝯ pactuꝫ ꝯiugale ꝯtrahit. Itē sacrilegiū qd̄ est ꝯcubitꝰ cū scīmōiali / aut cū ea q̄ sibi ꝯiuncta est spūali cognatione. Itē īcestus / q̄ est coitꝰ ꝯsanguineorū ꝛ affinū. Itē pcm̄ ꝯtra nāꝫ / cuiꝰ tres sunt spēs. s. imūditia / siue mollicies. Et sodomia. ꝛ bestialitas. Ex h̄ aūt vitioꝰ nascūt octo pcā sub eo militātia: ꝛ hec sunt. Cecitas mentis respectu finis: ꝛ precipitiū ꝯtra deliberationē ꝯsilij: ꝛ in ꝯsideratio iudicij agēdi: ꝛ icōstantia ꝓpositi: ꝛ amor sui: ꝛ odiū dei: ꝛ affectꝰ pn̄tꝫ scli: ꝛ horror vel despatio futuri.

¶ Nota vt dicit S. greg. q꞉ h̄ vitia. 7. tāta sibi cognatiōe iūgunt / vt nō nisi alteꝝ nascat ex altero. pᵃ nāq꞉ soboles supbie inanis glia est. Ista mox inuidiā gignit: q꞉ q glīaꝫ inanē cupit / inuidet alteri eā hn̄ti. Ex inuidia v̄o ira nascit / q꞉ ei quē dolet pīperari irascit. Ex ira aūt accidia oꝛit / q꞉ turbata mens subsequenti merore pascit. Ex accidia vero pcedit auaritia / quia qui nō gaudet ī spūalibus / querit in bonis trāsitorijs vnde cōsolet. Ex hac aūt procedit gula. cuius appetitui subseruit auaritia. Ex gula aūt luxuria procedere dubiū nō est: qd̄ etiaꝫ situs mēbroꝝ ondit: naꝫ genitalia subiuxta sunt ventri. ¶ Itē nota q꞉ ex hijs. 7. vitijs p̄ma quattuoꝛ. s. inanis glia. Inuidia / ira / ꝛ accidia / pure spūalia sunt: q꞉ in delectatione spūali pficiunt. Duo aūt vltima. s. gula / ꝛ luxuria pure carnalia sunt / q꞉ pficiunt in delectatione sensus. quintū vero. s. auaritia partim spirituale est / ꝛ partim corporale est: nā delectatio eius in mētēꝫ perficitur. Sꝫ res circa quā v̄sat corpalis est: magis tamē est spiritale vitiuꝫ q̄ꝫ carnale: q꞉ actus eius spiritalis est. Iteꝫ vota q꞉ superbie ꝛ. 7. capitaliū vitioꝝ spēs sunt quadraginta due filie vero. 7. vitioꝝ sunt. 44. Et iuncte filie cuꝫ speciebus efficiunt. 86. Ista vitia. 7. figurant per septem gentes quas eiecit dominus de terra sancta: ꝛ per. 7. capita draconis. Apoc. 12. Que confregit xp̄s: vt dicit ps. que vitia cū principe suo ꝛ exercitu figurātur per currum pharaonis / ꝛ electos principes eius / atq꞉ exercitum eorum quos submersit dominus in mari rubro pharao diabolus est. Currus eius supbia / cuius quat-

Marginalia (left): 4 Nota de luxuria. — Nō de gula.

Marginalia (right): Nō cognatiōnē pcōrū mortaliū ad inuiceꝫ.

tuor rote/quattuor sunt supbie spe cies:principes sunt.7.capitalia vi tia:exercitus sequens sunt vitia q̄ ꝯsequēter nascuntur ex eis: q̄ oīa deus proiecit ⁊ subuertit in mari penitentie. Mich.7. Deponet oēs iniqtates nostras/⁊ proijciet in pfundū maris oīa pcā nostra.

❡ Sermo. 6. tertie dñice in xl^ma ⁊ in ordine.96.

1 Tertio cū dicit.) Cū immūdus spiritus.) Ostēdit prudētia xpi in detegēdis astutijs demonis cōtra recidiuatiōis periculū. Et q̄t tuor facit. primo.n. suppōit demōis egressū. 2° narrat eius progressum.(ambulat.) 3°. eiusdem ponit regressū (dicit reuertar.) 4° ipsi⁹ subiūgit ingressū (⁊ ingressi habitāt ibi.) dic̄ ḡ p° (.cū immūdus spūs exierit ab hoīe) vbi tria tangit p° qdē q̄ diabolus sit spūs in nā:sba/ videlicet/incorporea. Job.4. Cū spiritus me presente trāsierūt/inhorruerūt pili carnis mee. ⁊ ps. Spūs vadēs ⁊ nō rediēs. Itē tangit q̄ sit imūdus in cl'pa. Et hoc dupliciter. Et pp̄ter culpā cōmissā / ⁊ pp̄ter culpā suggestā. Cōmissa qdem culpa supbie imundum ipsum fecit ⁊ pollutū. Eze.28. Iniquitate tua polluisti scificationē tuā. Suggerit et̄ diabolus cl'pe imūditiā q̄ mētes hoīs maculat. Qui tetigerit picem coingnabit ab ea. Et lȝ oīs culpa sit immūditia mētis:tamen tribus pcīs fedat aīa pūcipalr.s. Supbia.auaritia.luxuria. Apoc. 16. De ore dracōis.i.a suggestiōe diaboli pcedūt tres spūs immūdi. Et de supbia atqȝ inani glīa/que min⁹ videtur maculare mētē/ cū sint appetitus glorie atqȝ excellētie. Dicit Abbas ioānes in colatiōibus patrū arrogātia laudis humane immūdior est oībus culpis in cōspectu dei/q̄ etiā magnos eremi labores nōnunq̄ȝ euacuare consueuit. Itē tangitur diaboli exitus qui est eius pena. Exit aūt p̄mo eiectus digito dei.i. grā diue inspirationis/ vt dictū est. Item exit pulsatus sancta p̄dicatione.1.Re.16. dicit q̄ cū spiritus malus arripiebat saulē/ Dauid tollebat cytharā ⁊ pcutiebat manu sua/ sicqȝ refocillabatur saul/⁊ recedebat ab eo spiritus malus:p cytharā aūt sonus sancte p̄dicatiōis intell'r. Itē exit diabolus lauacro pēitētie respersus. Za.13. Erit fons patens domui dauid in ablutionē peccatoris ⁊ mēstruate/ ⁊ in die illa spiritū imundum auferam de terra. ❡ Deīde cū dicit. (ambulat) narrat diaboli progressus quo ad quattuor primo.s. quo ad modum tētatiōis. (Ambulat.) Job.j. ait. Sathan circuiui terram ⁊ perambulaui eam/cuius ambulatio tētatio est. Item quo ad locū (p loca inaquosa) idest sine aqua existentia. Matheus dicit per loca arida. Spiritalis locus est anima/ in qua deus vel diabolus habitat. Sed si locus iste fuerit inaquosus carens humore voluptatis. Si etiam fuerit aridus sitiens fontē superne veritatis:tētare quidem potest ipsum locum/sed in eo non potest permanere diabolus. Itē pro- 2 gressum diaboli narrat quo ad intentionis propositum (querens requiem.) Greg. 2. libro mora. quia quietus in celo diabolus esse contempsit / anxie laborans requiem querit in immūdis cogitationib⁹. Item tangit laboris incommodū. (Et non inueniens.) non inuenit requiem in cordibus aridis ⁊ inaquosis / quia sicut porc⁹ in luto/

ita in humido aso cupit requiescē
diabolus. Job.40. Sub vmbra dor
mit in secreto talami in locis hu-
mentibus. ¶ Deinde cum dicit. (Di
cit. Reuertar) ponit diaboli formi
dandus regressus. Circa qd tria fa
cit. primo enim ponit demonis cō
silium. Secūdo hominis ociuz. Et
cū venerit.) Tertio demonis studi
um. (Et tunc vadit) dicit ergo pri-
mo q diabolus nō inueniēs req-
em in cordibus electoruz. (dicit) i.
iniqua proponit. Sed cui dicit hec
nisi deo quē vellet qdem latere/sed
nō potest? Job. 26. Nudus est in
fernus coram deo/nec est vllū ope
rimētum perditioni. (Reuertar.)
ergo ambulare eius est circuire. i.
pe. 5. Circuit querēs quē deuoret.
Ad eos vero reuertitur qui retro
aspiciunt/ad ea que commiserunt
peccata. de quib9. Prouer. 26. Si-
cut canis qui reuertitur ad vomi-
tum suum/sic qui iterat stultitiam
suam (in domuz meam) maledicta
domus est cor humanum/ in quo
diabolus habitat: hic habitator do
mum propriaz maculat/ꝛ ad incē-
dium perducit inferni. Prouer. 2.
Inclinata est ad mortem domus
eius/ꝛ ad inferos semita illius (vn
de exiui) pristina deniqz habitatio
dat ei fiduciā reuertēdi. 4. Re. 19.
1 per viam qua venit reuertetur.
¶ Deinde cum dicit. (Et cum vene
rit.) Ponitur hominis otiuz quo
ipse disponit ad relapsuz/ ꝛ diabo-
lus prouocatur aggredi ociosuz:
ideo ait. (Et cum venerit) cōsiderā
do statum vacātis anime. Job. 20.
Vadent ꝛ veniēt super eum horri
biles. (Inuenit eam) quā perdide
rat. Tren. 2. Aperuerūt super me
os suum omnes inimici mei: sibil-
lauerunt ꝛ fremuerunt dentibus

suis/ꝛ dixerunt: deuorabimus. En
ista est dies quam expectabimus
inuenimus / vidimus. Esaias. 10.
Inuenit manus mea regna idoli.
(Scopis mundatam ꝛ ornatam).
Matheus addit. Inuenit eam va-
cantem. Beda dicit inuenit eā mū
datam a pristinis culpis per bap-
tismum ꝛ penitentiam. Inuenit eā
vacantem per boni operis negli-
gentiam: inuenit eam ornatam si
mulatis virtutibus per hypocri- 2
sim. ¶ Deinde cum dicit (ꝛ tūc va-
dit) ponitur diaboli/ studium quo
ad tria. primo quātum ad tētatio-
nis facultatem (ꝛ tunc vadit) quā
do ire permittitur: ligatus est eniz
ab eo / nec vadit nisi permissus. 3.
Reguz. 22. Dixit dominus ad dia
boluz: decipies ꝛ preualebis/egre-
dere ꝛ fac ita. Item ponit vitiorum
societatem. (Et assumit secum.)
Sociata sunt deniqz sibiinuicem
vitia: ita vt vnum plura coassu-
mat. Job. 41. Vna squama nequi
tie alteri coniungitur / ꝛ ne spira-
culum quidez incedit per eas/ vna
alteri adherebit / ꝛ tenentes se ne-
quaquā separabuntur. Item po-
nit assumptorum vitiorum quan-
titatem / alietatem/ꝛ iniquitatem:
quātitatē quidem (septē) alietatez
vero (alios spūs) iniqtatez (nequio
res / se) hoc figuratū est Josue. 9.
Vbi legit q septē gētes cōgregate
sunt vt pugnarēt ꝯtra israel. ¶ Et
nota secundum bedā quia per. 7.
spiritus istos potest intelligi vni-
uersitas vitiorum. Septenarius
enim numerus est vniuersitatis:
qui autem relabitur in peccatum/
non solum habebit. 7. vitia contra
ria. 7. virtutibus/sed etiā p hypo-
crisiz assimilabit se habere v̄tutes.
Et hec vniuersitas vitiorum pal-

liata signis ṽtutū/peior est simplicibus vitijs. vñ Aug. sĩlata eqtas duplex ē iniqtas. Jtē alr diabolus / ĩ nã sna bonus ē vitia aũt/ēt id qd̃ sunt/mala sunt. vñ cū diabol⁹ assumit secū .7 .vitia capitalia/ assumit spũs se negores. Jtē alr spũs rediens ē vitiū supbie/q̃ fit vt .7 .alij spiritꝰ sint negores pñte supbia/q̃ꝫ absente: nã vt dic̄ Aug. Quecũqꝫ alia iniqtas ĩ malis opibus exercef vt fiãt: supbia v̄o ēt bonis opibꝰ isidiatur vtꝰ peãt. vñ alia vitia non sunt negora/q̃ꝫ supbia . Sꝫ p eã pñtem negora siũt/q̃ꝫ cēnt si abeēnt. ℂ Deinde cū dic̄. (Et igressi.) veniũt demões tētãdo ineneruñt delectãdo: ĩtrãt ꝯsentiẽdo. Jtē tãgit eoꝝ hita culũ. (Hitãt ibi) p ꝯsuetudinē peccãdi qescētes. Esa. 13. Regescēt ibi bestie ꝛ replebunf dom⁹ eoꝝ draconibus. Jtē ponit tal̃ hoīs statum. (Et fiunt nouissima) .i. posteriora crimina. (Hoīs illius peiora p̃oribus) .ij. pe. ij. Refugiētes coinqnationes mũdi. Si rursus eis iplicantur fcã sunt eis posteriora deteriora p̃oribus/tũ q2 diabolus fortiꝰ tꝫ eũ/quē pditũ recupauit: tũ q2 peccatũ iteratũ grauiꝰ ē ĩ se rõne ꝯtēptus/ꝛ rõne sĩlate ṽtutis : tũ ēt q2 venia eiꝰ ē difficilior. ℂ Nõ q2 pharisei calũniant dñi miraculũ eē factũ ṽtute demonis: sꝫ ipse ṽbis istis demõstrat eos ista dicē suggerēte demonio/q mēdax ē ꝛ pr̃ mēdatij: ad eos. n. redijt cū multitudine vitioꝝ ꝛ peiores efficit. vñ ĩ mattheo qd̃ dcm̃ ē de vnoq̃qꝫ hoīe/ipse xp̄s

4 Diaboli noīa applicat iudeis dicēs. sic erit gñoni huic pessime. ℂ Nõ ēt diam̃ in pñti euãgelio .xi. noibꝰ appellatũ : dictꝰ ē. n. demoniũ/ꝛ mutũ/ꝛ beelzebub/ꝛ p̃nceps/ꝛ rex/ꝛ sathanas/ꝛ fortis/ꝛ armatus/ꝛ spũs/ꝛ imũdus/ꝛ neq̃.

Hic qdē noīnꝫ numerus trãsgressionis ē: denariũ. n. numeroꝝ limitē p̃ꝰ trãsgredif vndenarius. Vñ hic numerus transgressori diabolo ꝯuenit/qui legē dei primitus p̃naricatus ē: ꝛ hinc oīs transgressio sumpsit initiũ. Jtaqꝫ ipse p̃ꝰ est spũs fm̃ sbam: iõ irremissibile est pcm̃ eius: vt dicit Greg. ix. li. moꝝ. Spũs. n. est vadens ĩ culpã/sed nõ rediens ad veniam. Jtē ipse est demoniũ pp astutiã. Jtē ipe fortis/pp potētiã. Jtē ipse ē armatus/pp iracundiã/vel pp audaciã. Job. xli. nõ est ptãs sup terrã q̃ cõpef ei/q fcũs est vt nullũ timeret. Jtē ipse ē beelzebub/pp tentationis molestiam. Jtē ipse est sathanas / pp rebellionis inobedientiã. Jtē ipse ē mutus/ pp tristitie ĩnidtã: nã tristitia tollit sermonē: vel mutus dr̃ pp deprehēsam eius fallatiã. Jtē ipse est imundus/pp suggestã culpe imundiciã. Jtē ipe neq̃/pp obstinatã malitiã. Jtē ipse est princeps/pp mũdi auaritiã. Jtē ipse est rex/pp arrogantē superbiã. Job. xlj. Ipse est rex sup oēs filios superbie. ℂ Nõ ēt q2 peccatũ post pniam iteratũ concomitanf .7. ꝯditiones malitie / quibus ipm grauius fit ꝛ peius. prima est contemptus pene/cuius timore d̃clinat oīs a malo. scd̃a est obtusio vel minoratio cõscientie: minus. n. pungit conscientiam qd̃ iteratur sepius: ꝛ ex ista alleniatione magis granatur culpa. Tertia est ingratitudo precedentis / venie. Quarta est promptitudo culpe. Quinta est simulatio iustitie/ vel negligentia penitentie/pp quod peccatum iteratum difficile remittitur. Sexta est desertio diuine custodie : q2 qui peccatum iterat/sic ad eo relinquitur/vt sepiꝰ labatur. Septima

est desperatio diuine misericordie: ad quam disponit frequens culpe relapsus: quibus oibus additis/ recidiuanti in peccatum manifestū est q nouissimus status peior est priore: non enim sibi restat nisi diuine ire vindicta. Ecc. 26. Qui trāsgreditur a iustitia in peccatū/deus parauit eum ad rūphream.

Sermo. 7. tertie dñice in xl^ma ⁊ in ordine. 97.

1 Quarto enim di. (Factū est aūt) ponitur excellētia laudis xpi. Et hoc dupliciter. primo quidem ponitur laus xpi docētis. 2° laus doctrinam suscipientis. (At ille dixit.) prima diuiditur in. 3. ptes. primo enim tangit laudis occasionē. (Factū est aūt cum hec diceret.) Ex dictis enim ipsius laus procedit. ps. In deo laudabo verbum/in dño laudabo sermonem. Luc. 4. mirabātur oēs in vbis gratie que procedebant de ore ipsius. Item tangit fidei deuotionē. (Extollēs vocē extollētie vocis signū ē securitat. ps. Clamabo ad deū altissimum/deum qui benefecit mihi. (Quedam mulier) h creditur fuisse marcella pāphilij ⁊ marthe ancilla. (De turba) eius enim turbe erat que admirabat dñi miraculū dicens. Nōne hic est filius dauid? Itē tangit laudis conditionē: btificat enim dei genitricem dupliciter. Et qr incarnationi xpi prebuit carnis sbam: ⁊ qr nutritionem ipsius dedit lactis alimoniam: pp primū. (Dixit illi. btūs vēter qui te portauit.) dei genitricem btām dñt omnes generationes: vnde ait ei Elisabeth Luc. j. btā que credidisti / qm perficientur ea que dicta sunt tibi a dño: prouenit aūt beatitudo ista ex bñdictione fructus vteri. Sicut ait eadem Elisabeth. Bñdicta tu in mulieribus/⁊ benedictus fructus ventris tui: vñ non fructus ex arbore/sed arbor: qr bñdictus portauit fructum btā est. Item pp scdm 2
ait. (Et btā vbera que suxisti) virgines māmillas potius quam vbera dñr habere: nam vbera sunt lacte vberata. Et tñ sacra virgo / qr vbere de celo pleno lactauit paruo lacte ipsum per quem nec ales esurit. Saluatorē seculorum atq regem angelorum: iō ipsius btā sunt vbera/que non nā/sed celestis virtus impleuit. Huius aūt rei miraculū ponit. Cañ. 8. Soror nostra puula est/⁊ vbera non hz: quid igitur faciemus sorori nře i die qñ alloquēda est: btā virgo soror nřa est. Prouer. 7. dic Sap. soror mea es. Gen. xij. dic obsecro q soror mea sis / vt viuat aīa mea ob grā tui. Ista vero soror nřa paruula est corporea quō g continebit / quem mundus nō capit? paruula ēt est humilitate/sed ⁊ hinc fecit se diuinitatis capacē. Cum essem/inquit/paruula placui altissimo/⁊ de meis visceribus genui deum ⁊ hoīam. ergo quem mundus non pōt / paruula cepit humilitas. Et vbera non hz: hec. n. nā negat virgini. Sed q nā nō potuit/ros celestis ipleuit. Quid igitur faciemus sorori nostre in die allocutionis angelice dicentis? Ecce concipies ⁊ paries filium/ hic erit magnus/⁊ filius altissimi vocabit. Si magnus/quō enim paruula soror poterit continere? Si filius altissimi / quomodo eius vberibus poterit nutriri? Quid igitur facie- 3
mus sorori nostre? nunqd natura huic operi prestabit virtutem? certe nō/qr paritura mater ait. Quomodo fiet istud quoniam virum

non cognosco? ꝗ nihil poterimus facere: nã hec genitura/nec fit arte/nec nã qn potius ait angelus spũs scũs superueniet in te/ꝛ vtus altissimi obũbrabit tibi: hoc ãt solũ nobis restat faciendũ/vt laudes virginis extollamus. ℭ Et nos igitur vt dicit Beda. in laudẽ alme vginis extollamus vocẽ/ extollamꝰ ꝛ mentẽ dicamusqꝫ saluatori nr̃o. Btũs vẽter q te portauit/ ꝛ vbera q̃ suxisti. Nã vt ait egregius vsifica tor Seduliꝰ. Uere btã parẽs enixa puerpera regẽ. Qui celũ terrãqꝫ regit p scl'a. Cuius numẽ ꝛ eterno cõplectẽs oĩa gyro. Imperiũ sine fine manꝫ. Que vẽtre btõ. Gaudia mr̃is hꝫ/cũ vginitatis honore: nec primã silem visa ẽ/nec hĩe sequentẽ. ℭ Deinde cũ dicit. (At ille dixit) ponit laus suscipientiũ doctrinaꝫ xp̃i: pmittit. n. btĩtudo credẽtibus ꝛ operãtibus. Propter pͫ dr̃. (At ille dixit. qnimo) non aduersatiue/ sed electiue intelligẽdũ ẽ. qnimmo .i. potius. (Btĩ q audiũt vbũ dei.) audiũt. s. credẽdo: qꝛ fides ex auditu ẽ. vt dr̃ Ro. x. Prouer. 8. audite disciplinã ꝛ estote sapiẽtes ꝛ nolite abijcere eã: btũs hõ q audit me. Et sciẽdũ ꝙ duplex ẽ btĩtudo/spei. s. ꝛ rei. pͣꝫ efficit auditus fidei in eo q credit vbis dei. 2ͣ erit ex auditu vbi sine strepitu soni ꝛ vocis: qñ vbũ ops mẽtibus nr̃is se infundet aperte: ad hanc aũt btĩtudinẽ venit per illaꝫ. Itẽ pp 2ᵐ ait. (Et btĩ qui custodiunt illud.) Custodit vbum dei/qñ obseruatur in opere. Prouer. 8. Btĩ qui custodiũt vias meas: nã q me inuenerit/inueniet vitã / et hauriet salutẽ a dño. Jo. 13. Si hic scitis btĩ eritis si feceritis. Et aduertẽdũ qꝛ maior btĩtudo dr̃ esse audire ꝛ custodire verbũ dei/

Btĩtudo duplex spei .s. ꝛ rei

4

ꝙ ipsum portare in ventre/ꝛ lactare vberibus: qꝛ illa btĩtudo est carnis/ista cordis: illa corporis / ista mentis: ab hac tñ beatitudine spirituali sacra virgo non excipitur. Ipsa enim audiuit verbum: ipsa ẽt custodiuit. Luc. ij. maria conseruabat oĩa verba hec/ conferens i corde suo. Et vt dicit beda. Sacra dei genetrix inde quidẽ btã est/qꝛ verbi incarnati ministra fctã est temporalis. Sed inde multo beatior/ qꝛ eiusdem semper amãdo/custos manet eterna: hec est optima pars quã elegit sibi maria/ ꝛ non auferetur ab ea in eternum. In prima beatitudine virginem imitari non possumus/sed in scd̃a potiori curramus post eam tracti audiamus verbum/lactemus verbum/ lactemur a verbo/concipiamus salutare verbum/ custodiamus cõceptũ vt optima pars verbi/que vtiqꝫ visio eius est nos aliquando impleat veritate.

ℭ Sermo. 8. tertie dñice in xlᵐᵃ ꝛ in ordine. 98.

B Eati qui audiunt verbum dei ꝛ custodiunt illud.) Attendendum ꝙ ait saluator verbo dei fieri beatos. oẽs quippe homines in hoc volito cõcordant/vt velint esse beati: sicut ait Aug. xiij. li. d̃ tri. sm inquisitionem btĩtudinis discordant: quidam enim in diuitijs. Alij in voluptatibus/multi in potestatibꝰ nonnulli honoribus ꝛ fama q̃runt btĩtudinẽ: ꝯ quos ait Aug. 4. li. cõfe. Non est reqes vbi eã q̃ritis. Querite qd̃ q̃ritis/sed ibi nõ est vbi q̃ritis. Beatam vitam queritis i regione mortis: nõ est illic. Quomõ n. btã vita/vbi nec vita. Et. 6. li. pereãt/inqt/oĩa ꝛ dimittant hec noua ꝛ inania/ꝯferamus nos totos

ad inquisitionez vere btitudinis: vbi aũt q̃renda sit docet mundi sal uator/ in auditu/ vidz / & custodia: verbi dei. auditus vero ad itelligẽtiã/ custodia ad obseruantiã refertur. Istud aũt verbũ btificans diuiditur in .7. partes. Mat. v. beati pauperes spũ/ qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ bti mites. &c. Nam lz btitudo summa vna sit .s. deo frui: tñ septemplicit̃ beatos efficit. Est aũt btitudo. pᵃ regni celestis adeptio. 2ᵃ terre possessio. 3ᵃ in terna cõsolatio. 4ᵃ oĩum bonoꝝ saturatio. 5ᵃ mĩe consecutio. 6ᵃ diuinitatis visio. 7ᵃ dei filiatio. In quo septenario btĩtudinez esse/ ẽt vᵗ Uirgiliꝰ cognouisse dicens. O ter q̃terq3 btĩ. Huc. 7. btitudinis pmia ñ i diuitijs & voluptatibus / aut gloria mundi/ nz in terrenis inueniunt: sed q valde nuz est in illis reperiũtur rebus/ quas oẽs fugiũt/ & hec sunt. 7. merita virtutũ. pᵐ nanq3 btitudinis p̃miũ .s. regni celestis adeptio reperit̃ in spũs pauptate: vñ saluator ait. (Btĩ paupes spũ/ qm̃ ipsoꝝ ẽ regnũ celoꝝ.) 2ᵐ .s. terre possessio in aĩ lenitate/ siue mitiditate: i ð ait. (Btĩ mites / qm̃ ipsi possidebunt terrã.) 3ᵐ pmium .s. i eterna ꝯsolatio reperitur in luctus anxietate. vñ ait. (Btĩ qui lugent/ qm̃ ipsi consolabuntur.) 4ᵐ premium .s. satisfactio bonitatis reperitur in iustitie desiderio & cupiditate: pp qð dĩ. (Btĩ qui esuriunt & sitiunt iustitiam/ qm̃ ipsi saturabunt.) 5ᵐ vero btitudinis p̃miũ .s. mĩe consecutio reperit̃ in cordis pietate: de quibus dĩ. (Btĩ misericordes/ qm̃ ipsi mĩam consequẽt.) 6ᵐ. aũt .s. dei visio reperitur in cordis mundicia & puritate : ideo ait. (Btĩ mundo corde/ qm̃ ipsi deum videbunt.) Septimum beatitudinis premium .s. dei filiatio reperitur in pacis tranquillitate: vñ ait. (Btĩ pacifici/ qm̃ filij dei vocabuntur.) Sunt igitur cõnexiones meritoꝝ & premioꝝ & h̃ est pᵃ cõnexio paupertatis & regni cum dĩ: Beati pauperes spũ. Ecce meritum: & subditur huius meriti premium: qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ: & pᵒ gdẽ paupertate spũs/ postea ð premio ei correspondente. 3ᵒ de congruẽtia vtriusq3 videamus: qð etiaz in alijs connexionibus est obseruandũ. Quantũ ad pᵐ ait. (Btĩ pauperes.) Jð in glo. q pauptas duas hz ptes .s. reꝝ additationẽ/ & mẽtis humilationem: & i ð paupes dñr q tpalia bona nõ hñt/ & qui humiles sunt: illi diuitias/ isti honores contemnunt. Sed aduertẽndũ q neutra paupertas pauperes effic̃ beatos/ nisi fuerint pauperes spiritu. dc̃tum enim ad abdicationem tpalium diuitiaꝝ pertinet istud/ q quedam paupertas est necessitatis/ q̃dã volũtatis & h̃ duplex: vna aĩalis altera spiritalis. pᵒ3 paupertatez hñt quos videmus quotidie egẽtes sed btĩ nõ sunt/ nisi nec̃ıuz fuerit volũtariũ. scðam pauptatem .s. aĩalẽ habuerunt quidã phĩ/ vt plato/ & anaxagoras/ & dyogenes/ & plures alij qui non fuerunt btĩ/ qꝛ p laude hominum temporalia contempserunt. Sed pauperes spũ pp xp̃m oĩa relinquentes btĩ sunt. vñ Hiero. non necessitas/ sed fides & deuotio paupertatis beatos facit: vt contemptis oĩbus dño viuant. Quantum vero ad paupertatem humilitatis/ non verbo aut gestu/ sed spũ humilitatis facti sunt. Est enim qui nequiter .i. ficte se humiliat / & interiora eius plena sunt

Btĩtudinis .7.

De corðis mũditia.

De paupertate

dolo.nã signa hũilitat; exteriꝰ monstrat/sȝ grãdi superbie vitio tumet īteriꝰ/dũ p humilia signa ambit mũdi gliã;.Sȝ humilis spũ se bonis inutilē/ꝛ ceteris se reputat īferiorē. 2º videamus de pmio istius paupertatis.Btī.n.sunt.(Qm̄ ipsoꝝ ē regnũ celoꝝ).Regnũ qdē terrenũ angustũ est/q2 tota terra in ꝯparatione celi est qsi punctus/est ēt īfimũ:est ēt nihilominus breue/q2 oīs potētatus breuis.Sȝ regnũ supnũ latũ ꝛ eternũ est:paupeꝝ itaqȝ spũ est regnuȝ celoꝝ.nōdũ in re/sȝ ī spe:vt dič glo. q2 in celis regnabũt: oibus.s.soli/lune/aque/ꝛ syderibꝰ dñantes.Est aũt ꝯgruũ istud btītudinis pmiũ merito paupertatis:vt hũilibus regnũ/ꝛ terrenas diuitias ꝯtēnētibus/celũ ꝛ vtriusqȝ regnũ celoꝝ def.Nã quãtũ ad humiles di. Qui se humiliat exaltabitur : sic certe exaltabitur : vt ad regnum perueniat: quantuȝ vero ad ꝯtēptores diuitiaꝝ dicitur/ q9 cētuplũ accipiēt.Scdȝ pmiũ btītudinis est possessio terre/q̄ mitibꝰ daf.Uñ ait (btī mites qm̄ ipsi possidebũt terrã) de merito huiꝰ btītudinis pmo videamus : est.n. mitis mãsuetus:quē vt dič glo.mēt; aspe ritas seu amaritudo ñ afficit/sȝ oēȝ iniuriã in simplicitate fidei sustinet paciēter.Iste vo nec irritat/nec irritaf/nec nocet/nec nocere cupit:q ēt cedit īprobi; ꝛ vincit in bono malũ. Scdo ponif mãsuetoꝝ pmiũ (qm̄ ipsi possidebũt terrã).ps.Mãsueti hereditabũt terrã.Et est triplex terra.vna q̄ terif. altera q̄ geritur. 3º q̄ qrif:terra q̄ terif ē quã calcamus cuiꝰ possessio/lȝ mãsuetis debita sit: tñ nō ē debitũ pmiũ tãte vtut;: qm̄ vtus mãsuetudinis cũctis terrenis pualet:pmiũ aũt dȝ excedē meritũ. Scda terra ē terrenũ corpus nrm̄

qd gerimꝰ vl gestamꝰ:cꝰ terre nōdũ hēmꝰ possessionē plenã:q2 dñio aīe nō plene subijcif:nã terra ista fame ꝛ siti molestaf/ꝛ laboribꝰ fatigaf/sōno grauaf/morte ꝯsumif nec hēmꝰ ita plenã possessionē huiꝰ terre/qn ista ꝯ volũtatē nr̄aȝ eueniãt:sȝ mites possidēt terrã istã eis prauos.s. irã/libidinē ꝛ cupiditatē subiciētes: possessio tñ nō ē plena:qm̄ ꝛ si exurgētes puos mores calcãt:nō tñ ꝓhibē psit qn prũpãt. 3ª terra ē viuētiũ:de q̄.ps.portio mea dñe in terra viuētiũ:nã scda terra ē moriētiũ:vñ ait apl's.Ro.7.Quis me liberabit de corpe mort; hꝰ.Sȝ h terra mort; in nouissima resurrectione fiet terra viuētiũ/qñ mors vltra ñ erit:mites igif possidebũt terrã viuētiũ/q2 in resurrectione corpus ꝓpriũ ī plena facultate mēt; hēbũt:q̄.n.ex corpore ꝯ nr̄aȝ volũtatē accidũt:tũc nl'lo mō erũt:nã pene corpales.s.fames/sit;/labor/somnꝰ/seniũ/ꝛ mors vltra ñ erũt.Sȝ nec culpe ex ꝯditione corpali puenietes/quale: sf pmi motꝰ ad malũ nō exurgēt ampliꝰ ꝯ mētē/ꝛ sic erit plena possessio terre. Cōgruit aũt istud btītudis pmiuȝ merito mãsuetudis:q2 vt dič.chrys. Existimaf q9 mit; oīa bona sua perdat:iō ꝯriũ ꝓmittif / q9 seipm̄ ꝛ sua oīa cũ stabilitate possideat. Tertie btītudinis pmo meritũ attēdamꝰ: ait.n.(btī q lugēt).Glo. pro suis ꝛ alioꝝ pctis/q luctus est irriguũ īferius:btī ēt q lugēt p desiderio celestis patrie/q est irriguũ superius. Scdo huius meriti premiuȝ ponif (qm̄ ipsi ꝯsolabunf).Jo.xvi.(Amē amē dico vobis q2 plorabit; ꝛ flebit; vos mũdus aũt gaudebit:vos vo ꝯtristabimi/sȝ tristitia vr̄a vtef ī gaudiũ.ps.fm multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo ꝯsolationes tue letifi cauerũt

Nota 7em Gau-dijs in mētib9 btōrū. ꝙ letificauerunt aīaꝫ meā. ¶ Et nōn dum ꝙ diuina ꝯsolatio septē gaudia facit ad pñs in mētibus electorū. p̄mū q̄dē gaudiuꝫ est q2 ꝯfuета vitia reliquerūt. deut. 33. letare in exitu tuo. i. q2 a pctis recessisti. 2o psal. 20. dedit illi dñs gaudiū de inimicis suis. 2m gaudiū electoꝝ ē: q2 indulgētiā pcōꝝ acceperūt. Cū enī penitēs dd petēt idulgētiā dicens. Ampli9 laua me ab iniqtate mea/ z a pctō meo mūda me: q̄n remissionē accepisset cōfisus ait: auditui meo dab gaudiū z leticiā. i. cū aure interiori audiero te mihi eē placatū. 3m gaudiū est/ q2 bona opa faciunt. Ecc. 3. nō ē meli9 q̄ȝ letari z facere bñ. pūer. 21. Gaudiū iusto est facē iudiciū. i. ꝙ iustū ē rō iudicat. 4m est gaudiū/ q2 tētatiōes vincūt/ z mala mūdi ꝑ xp̄o patiunt. Jaco. j. Oē gaudium estimate frēs cū in tētatiōes varias īciderit;: sciētes q2 pbo fidei vr̄e paciam opaf: pacia aūt opus pfcm̄ h3/ vt sitis pfci/ z integri in nullo deficiētes z. j. Pe. 4. cōicātes xp̄i passiōib9 gaudete. 5m gaudiū electoꝝ ē de spe celestis p̄iie expectatio pūer. x. Expectatio iustoꝝ leti9. Et luc. x. Gaudete q2 noīa vr̄a scripta sūt in cel. Uñ. ps. Letat9 sū3 i hijs q̄ dcā sūt mihi/ ī domū dñi ibim9. 6m gaudiū est de pctōꝝ cōuersiōe. Luc. 15o. Epulari z gaudere op3/ q2. h fr̄ tu9 pierat z inuēt9 est. 7m gaudiū ē ꝺ iustoꝝ scā operatiōe. phy. 3. vos frēs gaudiū meū z corona mea estis h sūt septē pñtia gaudia. S3 8m erit in p̄ia de visiōe diuinitatis. ps. adiplebis me leticia cū vultu tuo: ꝯgruit aūt cōsolatiōis p̄miū merito luct9/ q̄m q tolerauerūt mala pp xp̄m/ debēt hr̄e glīam cū xp̄o zc. 1c aūt btitudinis p9 ponit meritū. (btī q esuriūt z sitiūt iusticiā) vbi aduertēdū in p̄mis ꝙ iustitia est virt9 mētis vnicuiqꝫ reddēs qd suū/ est vt dño religiōis cultū ꝑpingēs pietatē: supiorib9 reuerētiā: eqlib9 affabilitatē: z īferiorib9 curam: bñficis grām: maleficis vindictā: oīb9 vitatē. Cui9 vtutis in gn̄ali sunt due ptes. s. declinare a malo z facē bonū: malū est qd dīna lege vetat/ bonū vo qd ei pcipit p̄m ad negatiā. 2m ad affirmatiua pcepta refert: p hāc aūt vtutē vt dicit. Tulli9 hoīes sunt boni/ q2 oē bonuꝫ cōplectit z oē malum cauet ista vtus. Itē esuries z sitis sunt appetitus vel desideriuꝫ alimenti: eleganter di btī q esuriūt z sitiūt. i. q petūt z desiderāt iustitiā. i. opus iustū pficere: z non dī btī iusti qm̄ dū hic viuim9 ad plenū iustitiā cōseq nō possum9. dic enī Gre. ꝙ nr̄a opa/ aut mala sunt/ aut pura bona nō sunt: vñ nō iustificat in ꝯspectu dei oīs viuēs: magis ḡ possum9 desiderare q̄ȝ possidere iustitiā: vñ sic pitbagoras pfessus est se nō eē sapiētē/ s3 phm̄. i. amatorē sapie: ita vi ri electi nō iustos/ s3 iustitie amatores se arbitrant. iuxta illud diligite iustitiā q iudicatis terrā. Itē desiderīū iustitie xp̄s dic eē appetitū alimenti ꝑ tāto: q2 sic aīalis vita corporali alimento nutrit ne deficiat: ita iustis actib9 vegetat sp̄ūalis vita ne moriat: q enī vacans ocio desistit agere bona/ fame sp̄ūali moritur: pp quod saluatos. Joan. 4. ait Meus cibus est vt faciā voluntateꝫ eius qui misit me: z rursus Jo. vj. operamini cibū qui non perit/ s3 pmanet in vitā eternā iux̄ illud. cibus iusti ad curā. Item duo sunt appetitus alimenti. s. esuries z sitis/ quoꝝ primū ad desiderium presentis/ alterum vero ad desideriū cele

De iusticia.

Iustitiā desiderium.

stis iustitie refert: viri eteni scti q̃3 diu hic viuūt obliuiscentes p̃terito rū/desiderāt semp pficere in merito iusti opis/ z quasi cōtinuā famē hñtes nō saciant gustatis p̃ter istō desideriū/etiā desiderāt p̄r oīa dō subijci/vt nihil sit in eis ?dicēs: z h iustitia erit celestis p̄ie/ q̄n dō erunt oīa subiecta/z ipse oīa in oībus erit/cui⁹ iustitie desideriū. q̄m ardenti⁹ est sitis dī. ps. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū / q̄n veniā z apparebo añ faciē dñi. 3° hui⁹ meriti adduci p̃miuz dicēs. (Q̄m ipsi saturabunt.) dū viuunt in hac idigentia/gustare qdē diuina s3 saturari nō pñt: s3 in cōuiuijs celi/visione saturabunt dei. ps. Saciabor cū appuerit glia tua. Vñ. Ber. ait. O vere felix z gliosa sacietas semꝑq3 cōuiuiū/vbi nulla anxietas/nullū poterit esse fastidiū vbi dīna vitas implebit intell'm/bonitas affectū. Cōgruit aūt h btitudinis p̃miū dside rio iustitie: vt q pp deū esurierunt seruare p̄cepta z sitierunt eterna/ q̄nq3 dño z pane ac fonte saturent pūer. xj. desideriū iustoꝝ oē bonuz q̄ p̄mittit de⁹. Exo. 3 1. Ego ostēdaz tibi oē bonū. ps. Replebimur in bonis dom⁹ tue. 5ᵉ. vo btitudīs p̃mo tangit meritū dicēs. (bti misericordes). Augu. 9°. lib de ci. dei. mīa/ingt/ est miserie aliene in nr̄o corde cōpassio. qua vtiq3 si possumus subuenire compellimur: eius mīe actus. q̄t nor assignat. Raban⁹ .s. elynas/ta3 corporales q̄3 sp̄uales dare. alioꝝ defectus tollerare / z in se peccātib⁹ dimittē/z errātes corrigere. Ber. vō duas sp̄ēs assigt mīe .s. dationē z remissionē. Jn dando aūt tres grad⁹ sunt: p̄m⁹ dare de suis partē. Luc. xj. Q̄d supest date elemosynaz. 2⁹ est dare sua oīa. Mat. 1 9. Ecce nos reliquimus oīa. 3⁹ est summus .s. dare seipsuz. 2. Cor. 1 2. Ego libēter semp impendar p aīabus vr̄is. Remissionis etiam tres sunt gradus. Primus dimittere de debitis. Scd's oīa dimittere. 3⁹ eius etiam/ z se totaliter debet q̄nq3 ma numittere. Bern. Qui in nullo inquit mīe gradu fuerit / in nullo indulgentie erit loco: vt dicit glo. Jnitium mīe est sumet misereri. Ecc. 3° misere aīe tue placēs deo finis vero mīe ē pro alio mori. 2. Re. 1 8. Quis mihi det vt moriar pro te fili mi. ¶ Aduertenda est q̄ duarū virtutū. Justitie .s. z mīe connexio: q̄ vt dicit glo. Justitie lumē est misericordia: mīe virtus est iustitia: z iō altera nō p̄ficit sine altera: phibetur eni mīa sine iustitia. Ecc. 7°. Noli esse nimiū iustus: nimis iust⁹ est qui nō miseret: vñ rigorez iustitie trāsmutat in crudelitatē p̄pter qd necessaria est iustitie mīa/quasi lumē dirigens/ne p̄ceps iustitia sit/ z vltra termīos debitos extēdat: phibet aūt misericordia fieri sine iustitia. Exo. 2 3. nō misereris pauperis in iuditio/q̄ mīa sine iustitia remissio est/nutrix vitioꝝ/nouerca virtutū. pp q̄ misericordie necessaria est iustitia q̄n virtutes z robur sibi p̄stans. 2° huius meriti ponit p̄miū (Q̄m ipsi misericordiā consequent.) q̄ eni dictū est opera nr̄a non esse plene iusta: ideo sufficienter ex ipsis non meremur vitā eternā: indigemus ergo misericordia dei: vt qd ex nostra iustitia obtinere non possumus/ per eiusdez mīam consequamur. Deut. ix. Scito q̄ nō propter iustitias tuas dominus deus tuus dedit tibi terrā hanc optimam in possessionem. Si vero aliquis contemplat vos

Misericordie due sp̄ēs datio et remissio.

Justitie z mīe connexio.

bonis opib⁹ mereri: illud tn̄ sic exiguū est/ q nisi mīe dono superaddatur nr̄e iustitie/ p̄ua erit nr̄a btitudo. Cōgruit aūt excessus mīe p̄miā tis merito ɔnie: qm̄ q̄lē ad primuz quisqȝ legē seruat/ talē ad ipȝ de⁹ expedit. Eccle.16. oīs mīa locum faciet vnicuiqȝ ɿc. 6ᶜ btitudinis premittit meritū dicens. (Bti mūdo corde) Glo. mūdo corde quos nō arguit ɔsciētia pctōꝝ. Ber. munditia/ inqt/ cordis in duobus ɔsistit. s. in veritate z virtute: duo. n. sunt q̄ maculant aiam. s. ignorantia agēdoꝝ/ z ɔcupiscētia noxioꝝ. Primū veritas alteꝝ v̄tus emēdat. Sȝ sic emēdari est de nouo creari. ps. Cor mundum crea in me deus: iō sexto loco munditia ponit: vt hō. 6ª die ɔditus/ per hāc restituat. 2° huius meriti ponit p̄miū. (Qm̄ ipi deū videbūt) n̄ carnis sȝ oculo mentis: h̄ in spe/ in celo re vt deus: cuius visio sufficit mentis desiderio. Joan.14. dn̄e ostende nobis p̄rem z sufficit nobis: iō sufficit/ qꝛ videre ipsuȝ est vita eterna vt dicit. Jo.19. Cōgruit aūt p̄miū istud mūditie cordis siue videat h̄ deus per spēm alienā / siue in patria per suā essentiā: qm̄ illd̄ bonū ē eternū: vt dicit. Augus. s. de. tri. Nō nisi purgatissimis mētib⁹ cernit. 7ᶜ v̄o (btitudinis p̄mo tangit meritū/ dicēs bti pacifici). Sicut dic̄ Aug. 9 de ci. dei. pax est trāqllitas ordinis. Tres v̄o sunt ordines. s. hoīs ad deū/ hoīs ad hoiem/ hoīs ad seipm̄: qbus tribus ordinibus trāqllis. i. perturbatis exsitibus/ pax v̄a efficitur. Pax primi ordinis est superior: per quē hō est pacificatus deo. Ro.5. Justificati p fideȝ paceȝ hēamus ad deū/ qd̄ sit duȝ ei⁹ obedimus p̄ceptis: ei⁹ nō resistim⁹ volūtati z ipi⁹ regimī subijcimur. Pax scd̄i ordinis est exterior ad primū de q̄ ideȝ Aug. vbi s̄ pax/ inqt/ hoium est ordinata ɔcordia z Vpo. xi. de. di no. Pax/ inqt/ oiuȝ inductiua/ z ɔsensus opatiua Ro.12. Cū oib⁹ hoib⁹ fieri pōt pacē hn̄tes: h̄ āt ordo pacis efficit hoieȝ pacificuȝ. p̄mo. Paralip.22. Ob hāc cāȝ paci ficus vocabit. Pax v̄o tertij ordis ē iterior z ɔsistēs ī debito ordine appetit⁹ sensuū ad itelligētiā/ dū rōne aīe vires ordināt: de q̄ pace. Luc. Scd̄o pax hoibus bone volūtatis. Ista v̄o pace hō dr̄ pacatus. Job. viij. pacatū erit hītaculū iustitie tue. Cū g̃ trib⁹ modis fiat pax. s. iteri⁹/ z exteri⁹ z superi⁹: nemo ē pacific⁹ primo exteri⁹/ nisi p̄us fuerit pacat⁹ in seipo: neqȝ pacat⁹ erit sibijpi/ nisi p̄us recōciliat⁹/ z pacificat⁹ supi⁹ ad deū: vn̄ pȝ triplicis ordinis trāqllitas: sȝ quā v̄a pax perficit. Scd̄o huius meriti ponit p̄miū. (Qm̄ filij dei vocabuntur). Ubi aduertēdū qꝛ hō p̄us ex hoste dei fit seru⁹ ei⁹: z h̄ dono timoris: deinde ex seruo fit amicus dono amoris. Tertio ex amico fit fili⁹ gr̄a adoptionis: nec aliqd dignius aūt maius est donū q̄ȝ eē filius dei. Un̄ Ber. Quid q̄rit ampli⁹ seru⁹ nisi vt fiat fili⁹. Si. n. filij z heredes. Ro.8. Cōgruit aūt istud p̄miū merito pacis: qm̄ opus fuit vnigenito pacificare p sanguinē crucis/ ea q̄ in celis z ea q̄ in terris sunt. ¶ Expeditis. vij. meritis. 7. btitudinū / aduertēda sunt tria: quoꝝ p̄mum est/ qꝛ. Mat. v. post istū septenariū duo merita z duo p̄mia ānectunt. Un̄ enim dicit (btī q psecutionē patiunt pp iustitiā qm̄ ipsoꝝ ē regnū celoꝝ). Alterū cū dr̄ (bti estis cū maledixerint vobis hoies/ z psequuti vos fuerint/ z dixerint oē malū aduersuȝ vos mētientes pp me/ gaudete z exultate in illa die/ qm̄ merces vestra copiosa ē i

Justitie z mie connexio.

Pacis tres sūt ordines.

celis.) Nec aūt duo ſm glo. nō po
nunſ in numeꝛ cū p̄cedētib⁹/ qꝛ p̄
mū meritū ē d̄claratiuū p̄cedētiū.
Nā vtꝝ v̄e aliqs ſit paup ſpū: vtrū
ſit māſuet⁹: vtꝝ lugeat: vtꝝ deſidēt
iuſtitiā: vtꝝ ſit miſericors mūd⁹ cor
de ꝛ pacificus: dū p̄p iuſtitiā pſecu
tōes patiſ/ declarat: hui⁹ ēt btitu-
dinis p̄miū eſſentialr/ nō ponit in
numeꝛ cū p̄cedētib⁹: ſꝫ idē ē/ cū p̄⁹/
niſi forte qs dicat/ ꝙ. 7. btitudīes p̄ᵉ
ad aureā ptineāt: octaua v̄o ad au
reolā q̄ martyrib⁹ daſ. ſm v̄o meri
tū ꝙ h̄ addiſ. ſ. bti eritis cū maledi
xerint vobis hoīes/ ē diſtinctiuū p̄
cedētiū. Quot modis. n. fiat pſecu
tio p̄p iuſtitiā h̄ diſtiguiſ: ꝛ iō p̄mi
uꝫ ei⁹ cōplectiſ p̄cedētia/ cū d̄r: mer
ces vr̄a copioſa ē i celis. 2° vidēdū ē
q̄uo p̄oꝛib⁹. 7. clauſul electi viri bti
ſūt. Eſt aūt gn̄alr btitudo q̄dā fal
ſa/ alia aūt v̄a. De p̄ª. Eſa. 3. qui btm̄
te dicūt/ ipſi te d̄cipiūt. De 2ª Jo. 13.
Si h̄ ſcitis vere bti eritis ſi feceri-
tis ea. p̄ª btitudo diſtiguiſ in duas:
in prauā ꝛ vanā: praua eoꝝ eſt bea

Btitu-do q̄dā falſa q̄-dā v̄a.

titudo q letanſ/ cū malefecerint/ ꝛ
exultāt in reb⁹ peſſimis: quoꝝ falſa
ꝛ praua btitudo v̄a ē miſia. vn̄ Au
gu. 13. de tri. velle. n. qd̄ nō deceat/
idip̄m ē miſerrimū: nec tā miſeꝝ ē/
nō adipiſci qd̄ velis/ q̄ꝫ adipiſci vel
le qd̄ nō oporteat. Uana btitudo
ē eoꝝ q in reb⁹ mūdanis fines ↄſti
tuūt. ps. Btm̄ dixerūt pp̄lꝫ cui. hec
ſūt. ſ. mūdana/ diuitie/ dignitates/
ptātes/ glīe/ ꝛ voluptates. Sꝫ omiſ
ſis iſtis falſis btitudinib⁹/ v̄a btitu
do diſtiguiſ i btitudinē diminutā/
ꝛ btitudinē pfectā. Uera/ ſꝫ dimi-
nuta btitudo ē i actib⁹ v̄tutū p̄ſtē
vite: ꝙ. n. v̄a btitudo ſit/ pꝫ auc̄te
macrobij dicētꝭ. ꝙ ſole v̄tutes btm̄
faciūt: qd̄ āt n̄ ſit ↄpleta btitudo pꝫ
auc̄te Aug. 13. d̄ tri. dicētꝭ. btūs nō
ē/ niſi q hꝫ oīa q̄ vult/ ꝛ nihil mali
vult: qcunqꝫ aut q̄ꝫtūcūqꝫ v̄tuoſus
dū hic viuit/ lꝫ nihil mali velit/ non
tn̄ hꝫ oīa que vult: vellet. n. nec car
nis/ nec mūdi pati moleſtias: vel-
let īmortalitatē: vellet ēt deū vide-
re: iōqꝫ nō eſt plene btūs. Summa
v̄o ꝛ plena btitudo erit poſt h̄āc vi
tā/ cū videbiſ d̄s nr̄a btitudo. Eccl.
45. Btificauit illū in glīa. Hijs vi-
ſis: aduertēdū/ qꝛ. 7. merita btitudi
nū v̄a q̄dē ſūt btitudo/ cū ſint act⁹ p
fecte v̄tutis: ſꝫ tn̄ diminute ꝛ ipfe-
cte btificāt: pꝫ. n. ꝙ pauptas/ luct⁹/
ꝛ deſideriū iuſtitie/ diminuta bona
ſūt: ſilr ꝛ reliq̄. pfecte aūt btitudi-
nes ſūt p̄mia p̄dcis meritis debi-
ta. ſ. regnare in celis/ poſſidere ter
rā viuētiū/ ↄſolari/ ſaturari/ deū vi-
dere/ ꝛ filiū dei eē: qm̄ ſūmā btitu-
dinē bti diminute merenſ ꝛ ſpant
vn̄ pꝫ ꝙ merita iſta v̄tutuꝫ tripl̄r
btificāt. p̄° q̄dē p̄ſti btitudine v̄tu
tū. 2° btificāt pſcā ꝛ ſūma btitu-
dine dupl̄r. ſ. ad eā diſponēdo me-
ritorie: ꝛ eā ſperādo ſecure. Sed lꝫ
tripl̄r btificēt: totū tn̄ ē diminutū
ꝛ ip̄fectū/ donec veniat qd̄ pfcm̄ ē/
ꝛ euacueſ qd̄ ex p̄te ē. ¶ 3° aduer-
tēdus ē ordo meritoꝝ ꝛ p̄mioꝝ: ꝛ
q̄ꝫtū q̄dē ad merita ptinet/ initiū ꝛ
fūdamētū eoꝝ ē humiliatio ſui/ ꝛ
abdicatio ſuoꝝ: iō p̄m locū obtinet
pauptas ſpūs: qꝛ initiū ſapīe timor
dn̄i. Uñ duo iſta p̄ueniūt. Seqſ mā
ſuetudo/ qꝛ vt dicit glo. Nō ē mitis/
q̄n p̄us paup nō fuerit: ipoſe eſt. n.
2m gdū aſcēdere/ niſi p̄m app̄hēde
ris: qꝛ iter diuitias/ curas/ ꝛ odiū/
anim⁹ nō ē mitis: ſꝫ qꝛ iter ſcli cu-
ras lenitas ai ſepe irritaſ luctu ſit
repatio māſuetudinis: q aūt pau-
p lugēs ꝛ mitis ē/ accēdiſ d̄ſiderio
iuſtitie/ vt p̄ficiat dei volūtatē: q v̄o
ſitiuit iuſtitiā/ ad gradū iā p̄ōt miē

altiorē ꝯscēdere qꝛ nō bñ miseref q nō iustus ē:hijs aūt altior est mūditia cordis:sȝ pax q̄ exupat oēȝ sensuȝ cūctis ꝑeminet. ¶ Quātū vō ad ꝑmia btitudinū silr rectus appet ascēsus ordis:ꝑmū.n.ꝑmiū ē vt terrenus hō fiat celestis:imo q̄ ipsis celis īpet:sȝ min⁹ ē dñari celis/nisi qsq3 seip3 possideat:iō excelsior btitudo ē possidē terrā:sȝ hāc exupat ꝯsolatio o ē gaudiū ꝯtinēs:maius aūt saturari veris bonis q̄3 ꝯsolari: saturitatē vō supabūdātiā quā largif mīa:sȝ excellius est deū videre pñtialr/a quo ꝑueniūt ꝯsolatio saturitas/ꝛ supabūdātia. Ultimo cūctoꝝ eminētissimū ē hēditario iure hre deū q̄ filijs ei⁹ daf:q̄ oīa btitudinis ꝑmia vnicuiq3 merito vtutū ds largif. Sȝ p appropriatōeȝ q̄dā ꝯueniūt singula singulis:itaq3 ꝯcludamus saluatoris sniaȝ. (bti q audiūt vbū dei ꝛ custodiūt illō) vbuȝ dei septē meritoꝝ q audiūt discernēdo/ꝛ custodiūt obseruando/ bti sūt. Jac. 1. Qui ꝑspexerit i lege ꝑfecte libertatis ꝛ pmāserit in ea:nō auditor obliuiosus/sȝ factor opis. hic beatus in facto suo erit. h btūs diminute/in futuro complete.

¶ Fer. ij. post. iij. dñicā i. xl. Scdm Lucam. cap. 4.

IN illo tpe. Dixerunt pharisei ad iesū. Quāta audiuimus fcā in capharnauȝ:fac ꝛ hic in patria tua. Ait aūt. Amen dico vobis, qꝛ nemo pphetā acceptus ē in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erāt in diebus helie in israel, quādo clausuȝ est celū, annis tribus, ꝛ mensibus sex: cū facta esset fames magna in omni terra: ꝛ ad nullā illarū missus est helias, nisi in sareptā sydonie, ad mulierē viduaȝ. Et multi leprosi erāt in israel sub heliseo ppheta: ꝛ nemo eoꝝ mundatus est, nisi naamā syrus. Et repleti sūt oēs in synagoga ira, hec audientes. Et surrexerūt, ꝛ eiecerunt eū extra ciuitatem: ꝛ duxerūt illum vsq3 ad supciliū montis: super quē ciuitas eoꝝ erat edificata, vt precipitarēt eum. Ipse aūt trāsiens: p mediū illoꝝ ibat.

¶ Sermo pm⁹ 1ᵉ ferie post tertias dñicā in q̄dragesima ꝛ i ordie. 99.



⁊ inutilr eis distribuenf. Erant. n. vt ait Matthe⁹. v. milia viroꝝ/exceptis puulis/⁊ mulieribus. Attēde vt dicit Chryso. in hijs vbis discipuloꝝ xpi sobrietatē/⁊ paupertatē/⁊ largitatē. Sobrietatē qdē/q² totus fa cer ille ꝯuēt⁹ qnqꝫ tm̄ panes/⁊ duos pisces pro sua refectōe hēbat. Paupertatē vo ꝯsidera/q² nō triticeos panes/⁊ carnes hēbāt/sꝫ ordeaceū panē/⁊ pisces. Largitate aūt recognoscim⁹/q² nō celauerūt qd̄ ꝑ ipsis seruabaf. Sꝫ obtulerūt distribuendū turbe. Qd̄ ēt ait andreas. (Sꝫ h̄ qd sunt iter tātos. nō ex infidelitate/sꝫ ex veritate ꝓcessit: nihil. n. illa erāt tante multitudini/si diuina vtus nō augmētasset ibaꝫ. ¶ Nō moraf q sunt panes/⁊ q pisces. Sicut aūt iaꝫ dcm̄ ē. Triplex est genus panis. p^m qdē est aialis vite. Et hic panis qntuplex est. naꝫ ad sensibilē vitā ptinet id qd̄ reficit visuꝫ/auditū/gustū/ odoratū/ ⁊ tactū. Et q² ista refectio aialis est: iō panes sūt ordeacei: nā ordeū cibus est iumētoꝝ. duo vo pisces ad cibū ptinētes/vite sensibilis sūt necessitas ⁊ voluptas: puer aūt est q hꝫ h̄ alimētū/qm̄ q solū hūc cibuꝫ q̄rit/puer est sensu. Sꝫ q crescit i cognitōe vitatis/obliuiscens q̄ erant paruuli/aliū cibū q̄rit. Sic dcm̄ ē Aug. Cibū suꝫ grādiū cresce ⁊ manducabis me: iō ait apl's nolite pueri effici sensibus/sed malitia puuli estote. Jtē tāte multitudini hoīuꝫ ⁊ aialiū nō sufficerēt alimēta terrena/nisi diuina vtus quottidie p̄staret augmētū/q̄ ex vno semine multū fructū pducit. ps. Oculi oīm in te spant dn̄e/⁊ tu das escā illoꝝ in tpe oportuno/aperis tu manū tuā/⁊ iples oē aial bn̄dictione. Rursus q² hoies tāti. i. magni valoris sūt

Panis triplex genus.

1

supra ceteras creaturas/ hoc ipm tpale alimētū eis nō sufficit. Sꝫ nihil dꝫ reputari pre amore cibi spiritualis: q² maior est refectio mentis/q̄ vētris. Et iō ad 2^m gen⁹ panis salutaris accedam⁹/ quo mēs nr̄a i pn̄ti alif ⁊ nutrif. Sūt vero qnqꝫ panes gr̄e. pmus est sacre doctrine. Eccl'. xv. Cibauit illū pane vite ⁊ intell's. 2⁹ est charitatis Mat. 7. Si qs vestrū petit panē/nōqd lapidē dabit illi. ⁊ gl. petēti charitatē tribuit ds. 3⁹ panis est eucharistie. Jo. vj. Ego suꝫ panis viuus q de celo descēdi. 4⁹ panis est opate iustitie. Jo. vj. Opamini cibū q nō pit/sꝫ pmanet in vitā eternā: hūc paneꝫ petim⁹ dicētes: panē nr̄m quotidianū da nobis hodie. 5⁹ panis est assumpte pnie. Esa. 30. Dabit tibi dn̄s panē arctū ⁊ aquā breuē: arcta. n. vita est pniuꝫ: ⁊ ꝑ breui tpe lachrymaꝝ/ succedet letitia sempiterna. Jtē puer est qlibet iust⁹ / nō sensu puer/sꝫ malitia: puer ēt ē seruitute. q̄diu. n. h̄ viuit/⁊ si non culpe: tn̄ corruptiōi subit: vt dicit apl's Ro. 8. Puer nihilomin⁹ est qlibet iustus ministerio ⁊ obsēqo dī: huic puero danf isti panes pro viatico: nā ordeaceus panis cibus est seruoꝝ ⁊ adhuc aiale ⁊ nōduꝫ spūale corpus hn̄ti iusto ꝯuenit iste cib⁹. Jtē piscis aquatile aial est/qd̄ viuit ⁊ natat sub aqs: quo intellr mot⁹ cōpūctionis. Eccl'. 22. pūgens oculum deducet lachrymas/⁊ q pūgit cor pfert sensuꝫ: pūgif aūt cor aut timore/aut amore: iō vt dicit Greg. iij. lib. dialo. Duo sūt gn̄a cōpūctionis designata p duos pisces. Prima cōpunctio est/dū aia suoꝝ maloꝝ meminit/⁊ in lachrymis sese afficit/q² ppeti eterna supplicia formidat. 2^a cōpūctio est qn̄ post lō- 1

gos meroꝛes fit securitas venie/z i amoꝛe celestiū aīns iflāmat:z q̄ p⁹ ꝑus flebat ne deduceret ad suppliciū/postmodū amarissime z amplius q̄ʒ timoꝛe gehēne plāgit/qꝛ differt a regno. Isti sūt duo pisces timoꝛ z amoꝛ:q̄ꝝ pm⁹ in aq̄s iferioribus/alter i aq̄s q̄ sup̄ celos sūt viuit z natat. Itē istos pisces hʒ gcū q̄ꝫ puer ē:aī/videlʒ/puri z seruilis. ¶ Pñt nihilominꝰ sm gl .panes itelligi quīqꝫ libri legis:z duo pisces psalmi z ꝓphia. Sʒ put res deseruit tpi pñti.v.panes z duo pisces ad solā pñt referri pniaʒ:oꝛdeū eniʒ hʒ viʒ mūdificatiuā/z ex eo fit cibus z potus febricitātibꝰ/Sic pnia emūdat pctā z reficit penitētes. Eiꝰ v̄o panes sūt.v.pmꝰ ē timoꝛ dānatōis Thob.ij. Cūqꝫ occultassʒ coꝛpꝰ mā ducauit panē cū luctu z tremoꝛe. Nō reficit aūt iste panis nisi 1⁹ apponat/q̄ ē spes venie z remissiōis: timoꝛ.n.sine spe nō adducit pniaʒ Geñ.xviij.ponā bucellā panis z cōfortet coꝛ nr̄m. 3⁹ panis isipidꝰ est doloꝛ.s.ꝯtritōis.ps.surgite postq̄ʒ sederitis q̄ māducatis panē doloris.z Treñ.j.Ois ppl's eiꝰ gemēs z q̄rēs panē.4⁹ panis hoꝛridꝰ z imūdus vr̄/z ē pudoꝛ ꝯfessiōis/quē cupiebat filꝰ ꝓdigꝰ.Luc.xv.dicēs.q̄ʒti mercēnarij i domo p̄ris mei abundāt panibꝰ/quē gustauit cuʒ dixit. pr̄ peccaui i celū z coꝛā te/iā nō sū dignꝰ vocari filꝰ tuꝰ.5⁹ panis valdedurꝰ est ad masticādū laboꝛ.s.satisfactōis.Geñ.3.In laboꝛibus comedes panē tuū.s.ieiunādo/vigilādo/pegrinādo/elꝰ̄ynas largiēdo/ z iniurias tollerādo. Itē panes isti qꝛ sūt oꝛdeacei.iō isipidi sūt. Job. 33.abhominabilis fit ei i vita sua panis z cibꝰ ań ꝯsiderabilis.Sʒ tn̄ opꝰ ē talibꝰ nutriri panibꝰ/vt subuertat exercitꝰ vitioꝝ.nā z q̄ sūt in castris austerā vitā agūt. Judic.vij. videbat mihi q̄si subcinericiꝰ pāis ex oꝛdeo:volui z in castra madian descēdere:cūqꝫ puenisset ad tabernaculū/ pcussit illō atqꝫ subuertit/ z terre fūditꝰ coequāuit. vbi ꝯsiderādū/qꝛ madian iterptat migtas:iō castra madian sūt exercitꝰ vitioꝝ: panis aūt ex oꝛdeo ē v̄tus pnie : q̄ subcinericiꝰ.i.subcinē coctus dr̄. Cinis.n.est relique ignis. Igniculus v̄o q̄dā est vita nr̄a. Sʒ tandē cum moꝛimur/abeūte igne ō coꝛpe nostro/solū remanet cinis. Interiʒ tn̄ i cineribꝰ est igniculꝰ vite/ q̄bꝰ cogitur panis pniuʒ/qꝛ ꝯsideratio future moꝛtis dū adhuc viuimꝰ decoq̄t ꝓpositū pnie. Job. xlij. Idcirco me repꝛhēdo z ago pniaʒ in cinere z fauilla. Isto pane si q̄s cibatꝰ fuerit/aīose aggredit vitioꝝ exercitū/ foꝛtiter pcutit z subuertit viriliter/vsqꝫ ad fūdamēta. Itē isti panes/ qꝛ oꝛdeacei sūt/nō facile sumūt in cibū/nisi cōpanagiū apponat duoꝝ pisciū/p q̄s designat duplex ꝯsolatio pniuʒ/in q̄ oē amaꝝ sapit eis:pmus piscis ē cōplacētia scē opationis/cū icipit eis sapere pctā dimittē/ z bonū facē.vn̄ Aug.ix.lib.ꝯfes.xp̄e ds adiutoꝛ z redēptoꝛ meꝰ/ q̄ʒ suaue mihi subito fcm̄ ē carere suauitatibꝰ nugaꝝ meaꝝ/z q̄s amittere metus erat/iaʒ dimittere gaudiuʒ erat. Eijciebas.n.eas a me: tu vera z sūma suauitas. Eijciebas z intrabas p eis oī voluptate dulcioꝛ/sed nō carni z sanguini/oī luce clarioꝛ oī secreto intimioꝛ/oī honoꝛe sublimioꝛ/sʒ nō sublimibꝰ i se. 2⁹ piscis est ꝯfidētia diuine recōciliationis: q̄si.n.penitēs ꝯfidit se deo recōciliandū esse/nihil ē asperū pnie q̄ ei nō sapiat. Hiere.31.Cōuertā luctū 4

nerũt nã et ipsi iclinati sunt/ ꝛ digito pscrutãtes seipsos/ cognouerũt se nõ eē ydoneos ↄ̃cusatores. Et illi qdē iudei sic egerũt qḋ mlti xp̄iani ↄ̃tẽnũt: q̄ñ enĩ hẽant opa iniꝗ sine timore iudicãt facta primoꝝ. ℭ Legif aũt in vitis patrũ ꝙ abbas moyses: vel aliꝰ ꝑoꝛ/ aliqñ vocatꝰ vt cũ ceteris mõachis ↄ̃iudicaret de crimĩe vniꝰ frĩs. Duobꝰ saccis onera tus ĩtrauit ↄ̃uẽtuꝫ. Et ĩ posteriori qdeꝫ sacco grania erãt põdera/ ĩ anteriori võ leuia q̄dam posuerat. Cũq̃ʒ oẽs mirarenſ sic intrantem: erat enĩ magne reuerẽtie vir. Saccus/ inqt/ posterioꝛ pc̄ã mea grauia

Exemplum ĩ vitis patrum.

2 ↄ̃tinet q̄ ego videre cõtẽno/ at vero quē añ me cerno/ culpa est fratris mei quã discutere presumo. Cuius dicto ceteri cõpuncti cum mãsuetudine terminauerũt culpã delinquentis. Unde Beda. Multi/ inqt/ persequuntur culpã fornicantiũ/ ꝛ nõ aduertũt quia pro castitate corporis eoꝛuꝫ mens turpiꝰ per supbiam fornicaſ. Alij vero damnant auaritiã/ furtum/ ꝛ vsuram: Et ipsi odio fratris corrupti sunt. Nõnulli nocẽtes alijs vidicãt/ sꝫ in se nocẽtibus parcē nolunt. Gulam ꝛ ebrietatē qdam detestãtur/ quos tñ inquinat turpiꝰ hypocrisis vitiuꝫ. Ergo aliũ iudicaturꝰ primo ad suipsiꝰ ↄ̃sideratiõeꝫ iclineſ/ ꝛ quãto se maioꝛ/ tãto/ citiꝰ cõpũgaſ. Jtē tangit

3 xp̄i solitudinē. (Et remãsit iesus solus.) q: solus ipse sine pc̄õ. ꝑs. Singulariter sum ego. Jtē tãgit mulieris statũ. (Et mulier in medio stãs) illi quideꝫ cõpuncti sunt/ sed nõ ad veniam/ ideo abierũt: hec vero mulier cõpuncta est ad pñiam/ iõ stetit cum iesu. Ecce iteꝝ iesus cũ peccatrice muliere sicut heri solus inueniſ/ quia solis peccatoꝛibus .i. eis qui se peccatores pie fatentur presto est vt saluet. Mat. 21. Amē dico vobis senioꝛibꝰ ꝛ pñcipibꝰ sacerdotũ/ quia publicani ꝛ meretrices precedēt vos in regnũ dei. ℭ Deinde cum dicit. (Erigēs aũt se.) ponitur cause examinatio. Et quattuoꝛ tãgit ꝑmo xp̄i erectionē. (erigēs ãt se iesus.) Jaꝫ bis se erexit xp̄s. primo diffiniēs iustitiaꝫ/ nũc collaturus misericoꝛdiã. primo ↄ̃tra impenitentes vt vindicet. 2° ad penitētes vt iustificet. Luc. ꝑmo erexit coꝛnu salutis nobis in domo dauid pueri sui. Jtem tãgit accusatoꝛum absentiã. (Dixit ei. mulier vbi sunt qui te accusabãt?) Esa. 33. Ubi est litteratus/ vbi est verba legis ponderãs? quasi dicat nõ cõpararenſ accusatores presentes non sunt in causa. ꝑs. Expulsi sunt equitate iudicij/ nec potuerũt stare. Jtem reqrit damnationeꝫ humanã. (Nemo te ↄ̃dẽnauit) .i. nemo te morti adiudicauit. Jtē ponit mulieris ↄ̃fessionē. (Que dixit. nemo dñe.) ergo accusatoꝛ cessit cause/ ꝛ iudex nõ damnauit. ℭ Ultimo poniſ peccatricis 4

absolutio cuꝫ diciſ. (Dixit ãt iesus.) Et duo facit. ꝑmo. n. tãgit pene absolutiõem. (Nec ego te ↄ̃dẽnabo.) Ecce verus daniel qui accusatã absoluit ꝛ accusatores dãnauit: illum vero non cõdemnat xp̄s/ qui seipsum ↄ̃dẽnauerit. Uñ dicit Gre. Jmmẽsa itaq̃ʒ pietas pꝫ xp̄i/ q: accusatoribꝰ ĩposuit iuste silētiũ/ ꝛ reã absoluit benigne: ꝙ̄ vt diciſ. 2. Re. 24. Meliꝰ est incidere in manꝰ dei: multe enĩ miẽ eiꝰ sunt/ q̄ʒ in manꝰ hoĩs: hoc quidē veꝝ est pro pñti. nã quē manus miē nõ correxerit hic/ seueritatis manus damnabit in futuro de qua Hebꝛe. 10. Hoꝛrendum est incidere in manus dei viuētis ꝛc.

¶ Nota q꞉ peccatrix ista de numero fuit electoꝝ/ q̄ quos accusatio nō accipit/ nec dānatio pfertur. Ro. viij. Si deus pro nobis quis cōtra nos? quis igitur accusabit aduersus electos dei? Nūqd xp̄s iesus cōdēnabit qui mortuꝰ est p electis/ imo q resurrexit/ qui est ad dextrā dei/ qui iterpellat p nobis? certe ipe nō cōdēnabit electos/ neq꜡ alius quisq꜡. Job. 34. ipso cōcedente pacē/ qs est qui cōdemnet? Jtem precipitur emendatio vite (vade) libera a pena/ ⁊ absoluta a culpa. (Et amplius iam noli peccare) q꞉ non est homo qui nō peccet vt dr̄. iij. Re. 8. iō non pcipit nobis vt nō peccemꝰ/ q꞉ pceptū eēt de ipossibili: s꜡ pcipit nobis vt nolimus peccare qḋ pficimus cū isurgētes passiones nolimꝰ admittere: tūc. n. peccamus nolētes/ s꜡ venialr̄ ⁊ absq꜡ dānatione/ q꞉ mēte seruimus deo/ licet caro lege pctī stringat pp qḋ dicit/ apl̄s. Ro. viij. nihil dānationis est hijs q sunt in xp̄o iesu/ q nō s꜡ carnē ambulāt. lex enim spūs vite in xp̄o iesu liberauit me a lege pctī ⁊ mortis.

¶ Dominica. iiij. in quadragesima s̄m Joan. Cap. 6.

In illo tpe. Abiit iesus trās mare galilee, qḋ est tyberiadis: ⁊ seq̄batur eū multitudo magna, q꞉ videbāt signa q̄ faciebat sup his qui infirmabant. Subijt ergo in montē iesus: ⁊ ibi sedebat cu꜡ discipulis suis. Erat autē proximu꜡ pasca dies festus iudeoꝝ. Cu꜡ subleuasset ergo oculos iesus, ⁊ vidisset, q꞉ mltitudo magna venit ad eū, dicit ad philippū. Unn ememus panes, vt manducēt hi? Hoc aūt dicebat tētans eū. Ipse eni sciebat, qd eēt facturꝰ. Rn̄dit ei philippꝰ. Ducētoꝝ denarioꝝ panes, nō sufficiūt eis, vt vnusq̄sq꜡ modicū qd accipiat. Dicit ei vnu꜡ ex discipulis eiꝰ, andreas fr̄ simōis petri. Est puer vnus hic, q h꜡ qnq꜡ pāes ordaceos, ⁊ duos pisces. S꜡ hec qd st iter tātos? Dic̄ ḡ iesus. Facite hoies discūbere. Erat aūt fenū multū in loco. Discubuerunt ḡ viri, numero q̄si qnq꜡ milia. Accepit ḡ iesus panes: ⁊ cu꜡ gr̄as egisset: distribuit discūbētibus. Silr̄ ⁊ ex piscibꝰ q̄ztū volebāt. Ut aūt iple ti sunt, dixit discipulis suis, Colligite q̄ supauerūt fragmenta, ne peant. Collegerūt ergo, ⁊ ipleuerūt duodecim cophinos fragmētoꝝ, ex qnq꜡ panibꝰ ordeaceis, que sup fuerunt his q mādu cauerāt. Illi ergo hoies cū vidissent, qḋ fecerat iesus signu꜡, dicebāt. Quia hic est vere pphe ta, q vēturus est in mundū.

¶ Sermo primus quarte dñice in xl^ma^ ꝛ in ordine. 126.



1 Bijt Jesus trãs mare galilee qđ est tyberiadis. Et sequebať illũ multitudo magna.) Jo. 6. Jdẽ legiť. Mat. 14. ꝛ maꝛ. 7. ꝛ Luc. 9. Quartũ bñficiũ deus ꝯtulit pr̃ibus in deserto celeste mãna ad mãducandũ. Sicut ait. ps. Pluit illis mãna ad manducandũ / panez celi dedit eis / ꝛ panẽ angeloꝝ mãducauit hõ. prestantius võ est qđ nobis ꝯtulit xp̄s: illũ vero panẽ qui manducauerũt mortui sunt / sed q spũalẽ susceperit cibũ quẽ fidelibus hodie xp̄s ministrat / non morietur in eternũ: de qua refectione agiť ĩ pñti euangelio: cu᷒ tres partes sunt: in p^a^ poniť circunstãtia futuri opis. Jn 2ª adduciť indigentia humani gñis. (Cuz subleuasset ꝗ.) Jn 3ª tribuiť abũdantia diuini muneris. (Dicit ꝗ eis iesus: facite hoĩes discũbere.) Jn p^a^ võ parte quatuor circunstãtias ponit: vnã loci a q̃ abijt: alterã loci q̃ venit: aliã turbe / q̃ aduenit. quartã tpis ꝙ occurrit. p^o^ ꝗ ponit maris transitũ. 2° turbe comitatũ. (Et seq̄bať eũ.) 3° mõtis ascẽsum. (Subijt ꝗ.) 4° tpis ꝯcursum. (Erat aũt px^m^ pasca.) ¶ Propter p^m^ ꝯsiderandũ q² discipuli xp̄i q̃s miserat p̄dicare ĩ iudea cũ redijssẽt retulerũt miracula q̃ in ipsius noĩe fecerũt / retulerũt ẽt vna cũ discipulis ioannis baptiste / eiusdẽ ioãnis mortẽ. Sciẽs iesus se ẽt ab herode inqri vt occidereť / nauẽ ascẽdit cũ discipulis suis / nõ morte perterritus / sȝ ppositũ mortis tp̄s expectans / ꝛ venit bethsaydã ciuitatẽ petri ꝛ andree atqȝ philippi / introiuitqȝ cũ discipuliˀ desertũ magnũ / vt ꝯtẽplationi atqȝ orõni vacaret seorsum a turbis. Nã vt diť marcꝰ. Tot ꝯfluebãt ad xp̄m exeũtẽ ĩ ciuitatibus ꝛ villis / vt nec qdẽ spatiũ mãducãdi hñet. Jtaqȝ ioãnes euãgelista describẽs xp̄i trãsitũ ait. (Abijt xp̄s trãs mare.) lacus ĩ iudea ẽ aquaꝝ dulciũ q fit iordane ĩfluẽte / lõgitudinis cẽtũ ꝛ qnquaginta stadioꝝ / q̃ sũt q̄si 19. milliaria: latitudo võ eius ẽ. xl. stadia. i. v. milliaria. ¶ Nõ fȝ Jsi. li. 18. Ethi. de h̃ lacu dicit. Circuit aũt stadia. c. lx. q̃ faciũt. xx. milliaria. Beda võ dicit. Si qdẽ iterfluẽte iordane duo de. xx. passuũ in lõgũ / ꝛ. v. extẽdiť in latũ. Et hic lacus fm ydioma iudeoꝝ mare diť / q² ꝯgregatiões aquaꝝ scriptura maria noĩauit: h᷒ võ maris tãgit regionẽ. (Galilee.) q² galileã irrigat (qđ) .s. maꝛ. (est tyberiadis.) Sic ẽt noiať illud mare a famosa ciuitate tyberiade. quã iuxta edificauerat herodes ĩ honorẽ tyberij cesaris. ¶ Nõ q² pñs seculũ / ꝛ mare / ꝛ mare tyberiadis / ꝛ mare galilee diť. p^o^ quidẽ mundus mare diť. ps. Hoc mare magnũ ꝛ spaciosuȝ manibus. Et ẽ mare istud aquosum / vndosum / ꝛ vẽtosum / ꝛ laboriosum / ꝛ tẽpestuosum / atqȝ piculosuȝ. Aquosum qdẽ. i. plenũ aqs tribulationũ ẽ istud mare: ꝓ qđ clamat. ps. Saluum me fac deus / qm̄ intrauerũt aq̄ vsqȝ ad aiaȝ meã: pp qđ amarũ est istud mare ĩmundũ / ꝛ pfundum: nã dulces videnť voluptates eius hijs qui sanũ gustũ non hñt. Prouer. 27. aĩa esuriens ẽt amarũ pro dulci sumit. Sicut suadet ꝯcupiscentia lasciuo cordi aque furtiue .i. voluptates furtim percepte dulciores sunt. Et attende ꝙ sensibiles voluptates furtiuas dicit: cum q²

2 Seculũ pñs mare dĩ

non sunt gn̄is humani/sed bestiaꝝ/ tum ēt q: pp caꝝ dehonestatē nō aperte/sed claꝫ subripiunt: has dulciores reputāt honestis delectationibus quibus ē appetitus male dispositus. Sed sapienter discernenti fallax dulcedo: vera in eis amaritudo est. vñ Prouer. v. fauus distillans labia voluptatis/sꝫ nouissima illius amara sunt q̄si absinthiū. Jm mūda ēt ⁊ p̄funda ē aqua voluptatis/q: inficit aīam/⁊ ad p̄fundū trahit malitie q̄ cū puenerit impi⁹ ɔtēnit deū/se/penā/⁊ p̄miū. Jteꝫ mare p̄ntis seculi est vndosum/c⁹ vnda ē fortune varietas/q̄ nūc extollit p̄spe ris/⁊ statiꝫ deijcit aduersis: c⁹ letitia eleuat/⁊ mestitia deprimit. ps. Ascēdunt vsq3 ad celos/⁊ descēdūt vsq3 ad abyssos/aīa coꝝ in malis tabescebat/turbati sūt/⁊ moti sunt sicut ebri⁹. Jtē h̄ mare ē vētosuꝫ tētatiōibus: tētatio. n. ē vita hoīs sup terrā. vt dī Job. 7. ⁊ daniel. 7. Ecce q̄tuor vēti pugnabāt ī mari magno. quatuor. n. sunt gn̄a tētationis diabolice/qbus pugnat ɔ̄ hoīem vt castitatē luxuria/fortitudinē pusillanimitas/iustitiā cupiditas/⁊ prudētiā fatuitas frangat. Job. 1. Uētus vehemēs repēte irruit a regione deserti ⁊ ɔcussit quatuor angulos domus .i. q̄tuor v̄tutes mētis. Jtē mare seculi ē laboriosum. Hō. n. ad laborē nascit̄: vt dī. Job. v. mariū quidē labores grauissimi sūt/sic ⁊ labor mūdi. Ecc̄. j. Jn hijs oībus labor, ⁊ afflictio sp̄ūs. Jtē hoc mare ē tempestuosum/vbi lites/b̄lla/ɔtētiones assidue sunt. Joñ. j. scā ē tēpestas magna in mari. Jtē hoc mare ē periculosuꝫ. Ecc̄. 43. Qui enauigēt mare enarrēt pericula eius. Cuius pericula in gn̄e tria sunt. s. fractio ipatiētie in aduers/⁊ submersio voluptatis in prosperis/⁊ captio pplexitatis in culpis. Prouer. v. iniq̄tates sue capiunt impiū/⁊ funibus pcōꝝ suoꝝ ɔstringit̄. Sꝫ ap̄ls paulus. j. Cor. xj. enumerat ī sp̄āli. 8. pericula mundi dicēs se fuisse ī periculis fluminū: p̄iculis latronū/periculis ex gn̄e/p̄iculis ex gētibus/ p̄iculis ī ciuitate/p̄iculis in solitudine/p̄iculis in mari/periculis in falsis fratrib⁹. Pericula fluminū sunt lasciuie/pericula latronū sunt inanis glorie. Pericula gn̄is sunt luxurie/ pericula gentium sunt gule. Cibos. n. ⁊ non aliud gētes inquirūt. Pericula ciuitatis sunt auaritie/pericula solitudinis sūt accidie/pericula maris sūt iracūdie/pericula falsoꝝ fratrū sūt hypocris̄ ⁊ adulationis. Quis ḡ securus ē in tātis p̄iculis? id̄ q se putat stare/videat ne cadat. 1° p̄ñs seculi dī mare galilee. Interp̄tat̄ āt galilea rota vel volubilis/aut trāsmigratio. Rota q̄dē ē mundus iste pp terrenū opus: uā p luta trahit̄ ⁊ semp remurmurat. Hier. 18. Figulus faciebat opus ex luto super rotā. Est ēt mūdus volubilis/q: nū q̄ manet in eodē statu/qd̄ veꝝ ē q̄tū ad dispositiones t̄pis/⁊ q̄tuꝫ ad mores hoīs. Rursus iste mundus transmigrat ad illum statū quotidie tendens/quē habebit in nouissimo. j. Cor. 7. preterit figura huius mundi. Nam mundus transibit ⁊ concupiscentia eius: vt dicit̄. j. Jo. ij. Et tamen vani homines in mūdo non permanente stabili cupiūt. Ber. O munde/inquit/immunde q̄ auertere conaris/tenes fugiēs. q̄d faceres si maneres? ergo qui non habemus hic manentem ciuitatē/ transmigremus a mundo. Eze. xij. Tu fili hominis fac tibi vasa transmigrationis/⁊ trāsmigrabis de lo-

Mūd⁹ iste est rota

3

Nō p̄icula h⁹ seculi

ro tuo ad locum alter. vasa sunt cor pora nra/in quibus hēmus thesaurum ca:vt dicit apls. Et q: non ē hic securus locus/ intentionis desi derio transeamus ad locum celi/ q̄ fur non apropiat/nec tin :a demoli tur. 3° mūdus iste dr mare tyberia
4 dis qd interpretat visum/vel apparens bo^m. Tres nāqz gradus boni sunt:abusus.s.z vsus / atqz fruitio. abusus est apparētis boni. Usus ē boni exñtis. Sz fruitio est superxñtis boni. p^m bo^m apparens tm̄ est ex vitio rōnalis creature/ipsum est lignum scie boni z mali scie.i.apparentie tm̄:de quo Gen. 3. vidit mulier lignum qd esset bonum ad vescendum/z pulchr:ū oculis/aspcūqz delectabile/z tulit de fructu illius z comedit. Scdz vero bo^m.s. vsus bonus creature est a deo fcūs: vidit .n. deus cūncta que fecerat z erāt valde bona. bona quidez in se z valde bona vtentibus eis/vt ?dita sūt. 3^m vero bonū.s.superexñs est fons bōitatis de^9 ipse quo frui nihil melius est. De c^9 fructu dr Gen. 2. Lignū vite est in medio paradisi. Itaqz pñs seculuz est mare tyberiadis .i. apparentis boni dupl'r. tum q: existentis boni fit in eo abusus/tuz ēt q: ipsum bonuz exñs apparētia quedā est z silitudo superxñtis boni diuinitatis. Si.n. tātū bonū est mundus/q̄to maius bonum est illud a quo est mundus: iō dr q bonum pncipij maius est bono toti^9 vniuersi. Uiso q: pñs seculuz ē mare afflictiuum non permansiuum/ z sui apparētia deceptiuum. Considerandum q: illud xps transiuit. Eius quidē molestias transiuit tollerando eius instabilitatē in se permanendo/z eius fallatiam prudenter eligendo. Spālr āsit transiuit q̄ drupl'r. p° quidem mundi vsiuum sine abusum transiuit innocenter viuendo:nihil.n. eius vitij adhesit sibi. ps. Singulariter sum ego donec transeam. Item transiuit mundi debitum patienter moriendo:debito.n. mortis obligatus est omnis hō qd ipse in trāsitu soluit. Jo. 13. venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad prem. Itez transiuit mūdi actum incorruptibiliter resurgēdo. neqz enim iam viuit mundi vita. Sed transit gloria resurgentis corporis statum vite pñtis. Item transiuit etiam mundi locum corporaliter ascendendo. Jo. 17. Jam non sum de mundo/q: ad te venio.

Abusus vsus z fruitio sūt tres gradus boni.

¶ Sermo. 2. quarte dñice in xl^{ma} z in ordine. 127.

Et sequebat illuz multitudo magna.) Nunc post xpi transitum euangelista recitat turbe comitatum. Et duo facit. p° enim tangit multitudinis sequelam. 2° causam huius dicit fuisse egritudinis medelam. (Q: videbant signa.) Dicit ergo p°. (Et sequebatur multitudo magna.) Alij euangeliste referunt q recedentem cum discipulis turbe illius regionis z viderunt z audierunt:ideo de ciuitatibus exeuntes secute sunt euz pedestres. Et vt marcus ait preuenerunt eum. Exiens autem vidit turbam multam/ z misertus est sup :r eos^9/ q: erant sicut oues non habentes pastores. Et tunc fm lucam excepit illos fatigatos / z docuit inscios de regno dei / z sanauit eos qui indigebant cura. ac postea ieiunos refecit. ¶ Deinde huius sequele causam assignat. (Quia videbant signa/ que faciebat.) Exo. vij. multiplicabo signa mea z ostenta i terra. (Super hys qui infirmabant.) Neqz enim 1

phisice remedio sanabat egrotos. Sed diuina virtute que procedebat de terra carnis eius. Ecclesia. xxxviij. altissimus de terra creauit medicinam. Luc. vj. virtus de illo

nō alle- exibat ⁊ sanabat omnes. ¶ Nota al

goriam legorice primo/ quia christum ante quam transitu mortis seculum presens relinqueret / pauci iudeorum sequebantur. Sed tamen mortuus est ⁊ resurrexit venit in deserto gentium vbi eum sequebatur multitudo totius mundi: nunc enim impletum est illud quod timuerunt iudei. Jo. xj. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum ⁊ eiusdem. xij. Uidens quia nihil proficimus/ ecce totus mundus post eum abijt.

Seq̄la Item aduertendum quia triplex

xp̄i tri- est christi sequela. prima fidei. Qui

plex est enim credit in eum sequitur. Jo.

Seq̄la 12. Ambulate dum lucem habetis

pᵃ est fi- ⁊ hoc ambulare ē credē: vnde sub-

dei dit. Dum lucem habetis credite in lucem. Sed non sufficit credere/ nisi ēt sequamur xp̄m bene viuendo. j. Jo. 2. Qui dicit se nosse eū ⁊ mādata eius nō custodit mendax est: ergo qui dicit se in ipso manere dz sicē ille ambulauit ⁊ ipe ambulare. h ē igitur 2ᵃ xp̄i sequela/ a qua multitudo magna declinat: sed sacº tpe

Scd̄a se isto xlᵐᵉ relicto demo/ iam multitu

quela do magna ad xp̄m reuertitᵉ dolens de preteritis culpis, deserens mun

2 danum mare/ sequens xp̄m, p vias humilitatis/ castitatis/ pacientie/ ⁊ charitatis / ⁊ largitatis. Mat. 19. Ecce nos reliquimus oīa ⁊ secuti sumus te/ qd ḡ erit nobis? Sed nullus pōt/ aut credendo/ aut viuendo seq xp̄m/ nisi ipse aduocet ⁊ ducat. vñ Ambro. li. de bono mortis. Sequimur/ inquit/ te dñe iesu/ sz vt sequamur accerse/ q: sine te nullus ascendit. Tu. n. via es/ vitas/ ⁊ vita/ potestas/ fides/ pmium. Suscipe tuos q̄si via ꝯfirma q̄si veritas/ viuifica q̄si vi

ta. ¶ 3ᵃ sequela xp̄i mors est. Qui 3ᵃ seq̄la

enim crediderit/ ⁊ bene vixerit/ moriens sequetur xp̄m in gloria. Qui ait. Jo. xij. vbi ego sum/ illic ⁊ minister meus erit. Et iterum. Qui sequitur me habebit lumen vite. Itez infirmi sunt peccōres/ ⁊ si non carne/ tñ corde ⁊ aīa. Hiere. x. hec infirmitas mea est/ portabo illam: in hijs vero magna signa fecit xp̄s/ q: publicanum elegit euangelistam: persecutorem fecit doctorem ecclesie. Negantem petrum constituit fidelium principem. Et peccatricem mulierem se osculari permisit: ⁊ latroni in cruce paradisum promisit. Ista sunt signa pietatis ⁊ mīe/ largitatis ⁊ gratie: pp que oēs sequimur xp̄z. ¶ Deinde cum di. (Subijt ḡ.) ponitur mōtis ascensus/ ⁊ duo tāgit: pº ipsam ascensionem. (Subijt ḡ) .i. sursum iuit. (In montē iesus) reliquit turbā in valle/ ⁊ cum paucis discipulis montez ascendit: q: vt dicit Chryso. ad vacandū ꝯtemplationi fugienda est multitudo: ⁊ solitarius locus eligendus. Itē ponit cōfessionem. (Et ibi sedebat cū discipulis suis.) Beda sedebat diligen-

ter loquens eis / ⁊ eos ad seipsum Uirtus

conuertens. ¶ Nō tropologice / q: hz vallē

virtus hz vallem ⁊ montez In val ⁊ mōtē

le enim virtutis est qui aliena non cupit. Sed necessaria tamē vite sibi possidet. Sed i alto virtutis est/ qui omne quod habet dat pauperibꝰ. Item in valle est qui seruat castitatem matrimonij Sed est in monte virginitas. Item in valle est qui patienter tollerat iniurias. Sed est in monte qui gaudet in con-

tumelijs. Rursus qui mortem 5

nō abhorret ē in valle. Sȝ q cupit dissolui ⁊ eē cū xpo est in mōte. Jte rū q mūdi gliam nō querit in valle est q vo ēt oblatā respuit ⁊ superue niētē calcat est in mōte. Jtaqȝ multitudini fideliū sufficit esse in valle. Solus aūt iesus cū paucis discipulis celsitudinē vtutis ascēdit. Apoc. xiiij. vidi sup mōtē syon agnū stātē/ ⁊ cū eo cētū q̄dragintaquattuor milia habentes nomen eius ⁊ nomē patris eius scriptum in frontibus suis: hij sequunt agnum quocunqȝ ierit. ℭ Jteȝ nota anagogice / qꝛ mōs iste significat celsitudinē celestis prie/in qua deus vr. Gñ. 22. Jn mōte dñs videbit: qꝛ nos sui videntes faciet. Jtē mōtē xps ascēdit ab istāti sue ɔceptionis/ qꝛ claritas diuine visionis semp illi patuit. Eccle. 24. Ego in altissimis hito. Jtē in h mōte visionis pria nra fundata est. Gal. iiij. illa q̄ sursum est hierlm libera est / q̄ est mr nra. vñ Eze. xl. facta est sup me manus dñi/⁊ adduxit me in terrā isrl/⁊ dimisit me sup mōtē excelsum sup quē erat q̄si edificiuȝ ciuitatis vgentꝭ ad austrū. Jn psiti sit super nos manus dñi/diȝ opus grē iustificātis fit in nobis sine nobis. ps. fiat manus tua sup virȝ dextre tue/postea i futuro adducemur in terrā isrl.i. videtiū deū. ps. Credo videre bona dñi in terra viuentiū/vbi est mōs diuinitatis ɔtēplate/vbi ciuitas societatꝭ btē/cuiꝰ edificiū vgit ad austrū/qꝛ ibi ē claritas splēdorꝭ eterni/⁊ charitas feruoris eterni. Jteȝ q sequutus fuerit xpm trāseuntē mare seculi/ hunc mōteȝ aliqñ ascēdit. Exo. 15. Jntroduces eos ⁊ plātabis in mōte hereditatis tue fermissimo hitaculo tuo quod opatus es dñe. ℭ Deinde ponit ppinquitas festiui tpis. (Erat auteȝ

Nō anagogice.

primū pasca) .i. phase/ ⁊ festum azimoꝛ: fm aūt qꝫ dicit beda. paucis diebꝰ ante h festū decollatus fuit iohannes/⁊ post annū/sequēti .s. pasca crucifixus est xps. vñ Joānes ante xpm mortuus est p annū. (Dies festus iudeoꝛ) qꝛ pp liberationeȝ ab egypto ipo die factā/ pcipuū festuȝ erat illud. ℭ Nota qꝛ pasca trāsitus iterpretaꝛ: ⁊ qꝛ iesus trāsierat mare seculi/vt euāgelista ostideret illū trāsitū esse allegoricū/ signanter ex circunstātia tpis lectorē admonuit dicēs. Erat aūt primū pasca dies festus iudeoꝛ: vbi pmo allegorice intelligēdū/qꝛ iudei ɔfitētes iterpretātur/⁊ h iterpretatio fidelibꝰ ɔgruit nō iudeis carne/sȝ spū. Phil. ij. Oīs lingua ɔfiteaꝛ /qꝛ dñs nr iesus xps/ in glia est dei prīs. Jtē dies festus fideliū tps ē grē/in q̄ vacāt ab opibꝰ mortuis/vt seruiāt deo viuēti. Jteȝ dies iste pasca est/qꝛ trāseunt ab infidelitate ad fidē. Eccle. 24. Transite ad me oēs q ɔcupisciti me. Jtē aliqñ dies iste multuȝ distabat. Sȝ qꝛ xps de primo erat trāsiturus mare mūdi moriēdo/⁊ resurgēdo/ac in celū ascēdēdo/idē fcūȝ est ppinquū festū. Ro. 13. ppior est nra salus q̄ cū credidimꝰ. ℭ Jtē tropologice cōfitētes sūt penitētes q dñt peccauimus/iniuste egimus/iniquitatē fecimus/dñe in oēm iustitiā tuā : festū istoꝛ pasca est/vt trāseāt a luxuria in castitatē: ab auaritia in largitatē: a superbia in humilitateȝ: ab iracūdia in māsuetudinē: qꝫ deniqȝ festū cupiūt tollere demones q dñt quiescere faciamus oēs dies festos dei a terra. Sȝ diuina grā pueniens facit illud de primo. Act. 17. nō lōge ē ab vnoquoqȝ nrm. ℭ Jtē anagogice solēne pasca celebrabimus in celo/cuiꝰ pasce vigilia est oē festū qđ h in terris

Nō tropologice.

Nō anagogice.

q̄d hic in terris agit: ibi sunt cōfitē tes/ nō fidē/ aut crimina/ sꝫ dei laudē iugiter. Erat aūt añ xp̄i aduētū multū distans ħ pascha: q2 nullus/ q̄ntūcūq3 iust⁹ trāsibat ad celi gl'iaꝫ. Sꝫ cū xp̄s trāsiuit illuc moriendo/ factū est ꝓpinquū oībus. Mat.xij. non longe es a regno dei.

¶ Sermo. 3. quarte dñice in xl^ma ꝛ in ordine.128.

Secūdo cū dī. (Cū sublenasset ḡ) ponit indigētia pn̄tis multitudinis: cui⁹ incōmodū alij tres euāgeliste magis exp̄sserūt: dñt.n. q̄ cū p multā horā detinuisset xp̄s turbas/ vespe facto.xij.discipuli accesserūt ad eū dñtes: desert⁹ est locus iste/ ꝛ hora iā preterijt: dimitte turbas/ vt euntes in castella ꝛ villas ꝛ vicos ꝓximos emāt sibi escas: iesus aūt dixit eis: nō hn̄t nece ire: vos date illis māducare. Quibus dictꝭ/ sequit q̄d ioānes narrat. (Cū sublenasset ḡ ꝛc̄.) ita ꝯtinuat Aug. 2° lib. de ꝯsensu euāgelistaꝝ vbi q̄tuor facit. p° eni ponit cōsideratio incōmodi. 2° regsitio cōsilij (dicit ad phylippū). 3° ponit. R̄n̄sio discipuli (R̄ndit ei philippus. 4° ponit oblatio deficientis subsidij (dic̄ ei vnus). Jn p̄ma vero pte duo tāgit p̄mo deuotiōis suspectū. 2° miserationis respectuꝫ. (Et vidisset.) dicit ḡ. (Cuꝫ sublenasset ḡ oculos iesus.) ista eleuatio corpis/ indicat eleuationē oculoꝝ mentis: q̄d eniꝫ est oculus in carne/ ħ est intellect⁹ i mēte: duplex vero est intellectus/ factiu⁹.s. ꝛ contēplatiuus. p^m oculum prudentia/ alteꝝ sapia eleuat: ideo ait Gre.vj.li.mora. due vite/ actiua.s. ꝛ contēplatiua/ cum seruanē in mēte/ quasi duo oculi hn̄tur in capite. Hos aūt oculos non sublenant/ sed depmūt q terrena operantur/ ꝛ solis transitorijs speculādis intendūt. p̄s. Oculos suos statuerūt declinare in terraꝫ. Sed dei filius mētis vtrūq3 oculū sublenauit/ q2 eius vita opus sublimatuꝫ fuit/ paupertate/ pacia/ humilitate/ castitate/ charitate: ita vt opis hui⁹ verticem nullus possit attingere. Sed ꝛ contēplatio eius in alto posita fuit/ q2 deitatē aperte contemplatus est: iō ait oculi mei semp ad dn̄ꝫ. Jtē aliter dici pōt/ q2 duo oculi mentis sunt intellectus ꝛ intētio. Sicut dicit glo. Mat.6. Oculū itaq3 intellect⁹ xp̄s sublenauit/ q2 noticiā rerū nō ad inferiorib⁹ causis/ sed in cā cārum accepit: oculū etiā intentionis sublenauit/ q2 oē quod gessit ad deū retulit. p̄s. Ad te leuaui oculos meos/ qui hītas in celis. ¶ Jteꝫ tangit respectus cōpassionis. (Et vidisset.) cōpatens ꝛ misertus. (q2 multitudo maxima venit ad eū). Aug.ij.li. de ordine. ħ est/ inquit/ menti intelligē q̄d sensui videre: iō iste sensibilis multitudīs aspect⁹ q̄d sit ītelligēdū sp̄ūal'r indicat: videbat.n.xp̄s i sp̄ū maximā multitudinē fideliū ad se vēturaꝫ. Esa.lx. Tūc videb ꝛ afflues/ ꝛ mirabit/ ꝛ delatabit cor tuū/ q̄ñ ꝯuersa fuerit ad te multitudo maris/ fortitudo gentiū venerit tibi. Multitudo maris est m'titudo gētilitatꝭ: fortitudo gētiū est romanū īperiuꝫ ḡ vidit xp̄s multitudinē gentiū ad se ꝯuertendaꝫ/ ꝛ principes scl'i ad sua mādata vēturos. Et aduerte q2 ista multitudo fideliū ħ loco dī esse maria. Magna qdē fuit ista m'titudo in p̄mitiua ecclia apud iudeos: vt dī. Act. v. Maior vō fcā est p vniuersuꝫ orbē p̄dicātibus aplis. Maria aūt fuit regib⁹ ꝛ p̄ncipib⁹ scl'i veniētibus ad fidē. ¶ Deide cū dicit. (dicit ad

phylippū.) ponit circa futuꝝ opus requisitū cōsiliū. Et tria tāgit pᵒ. n. cōsulēdo petit emptiōis preciū dicēs (vñ). i. q̄ (ememᵒ panes vt mādu cēt hij) nec puto phylippū de h̄ spālr requisitū/ qꝛ minᵒ fidei extiterit cetis/ q de pmis aplis fuit vocatus a xp̄o stati pᵒ andreaz ⁊ petrū: vt dꝛ Jo. ij. Sꝫ iō spālr īterrogat/ qꝛ pia ꝯpassiōe ai p̄ ceterꝭ erat sollicitᵒ de inopia turbe q̄rens vñ hēret victum. Mistica ēt rō huiᵒ est/ qꝛ gētes ad xp̄m pmᵒ ipse adduxit. Jo. 12. Et h̄ multitudo cuiᵒ cibus q̄rebat/ gentiū designabat fidē: vñ ꝙ h̄ dꝛ iaꝫ erat figura futuri. Jste. n. gliosus apl's scithes semp inuictos/ q̄s nec philippus rex macedonū/ nec/ filiᵒ eius magnᵒ alexāder supare potuerūt/ xp̄i dñatiōi sbiecit/ ⁊ eidē iugū imposuit fidei. Jtē hāc interrogatiōeꝫ dicit fuisse tētatiōis expimentū. (h̄ aūt dicebat tētās eū). Tētauit etiā deus abrahā vt dꝛ Gen. 22. Sic ⁊ hūc aplm tētauit/ nō vt eū falleret aut eiᵒ occulta cognosceret/ sꝫ vt eius ītētio alijs patēt. Jtē eādē īterrogationē ex pte xp̄i dic̄ nō hūisse aliqd dubiū. (Jpse. n. sciebat qd eēt facturus). Dan. 13. deᵒ eterne q abscōditoꝝ es cognitoꝛ/ q nosti oīa anteq̄ꝫ fiāt nō solū aūt nouerat qd eēt factus / sꝫ ēt nouerat qd philippᵒ eēt dicturᵒ. Jo. ij. n̄ ē ei opᵒ vt qs ei testimoniū phibēt de hoīe/ ipse. n. sciebat qd eēt in hoīe. ℭ Deinde cū dicit. (Rn̄dit ei philippᵒ) ponit rn̄sio

3 discipuli: cuiᵒ intētio ē ꝙ panibus venalibᵒ multitudo ista saciari nō posset vñ alio mō erat eis pn̄idēdū. Qd aūt emptꝭ panibᵒ turba ista saciari nō posset/ ex tribᵒ declarat iste apl's. pᵒ qꝛ mltū p̄ciū optēt distrai/ ⁊ h̄ ē (ducētoꝝ denarioꝝ panes). i. panes ducētis denarijs ēpti/ ⁊ forte nec obolūq̄ꝫ hēbāt apli. 2ᵒ idē ostēdit qꝛ ex tāto p̄tio ēptis panibᵒ nō posset oibᵒ distribui: iō ait (nō sufficiūt eis) 3ᵒ idip̄ꝫ ondit/ qꝛ modicū ex ipis posset pcipi (vt vnusq̄sq̄ꝫ modicū qd accipiat) ḡ si panibᵒ venalibus pundet cibus turbe/ psꝫ ꝙ ꝑ eis magnū p̄ciū distrahit: nō oibus ex eis distribuit ⁊ modicū qd ex ipsis pcipit. ℭ Aduertēdū aūt ꝙ hāc rn̄sionē quāioānes dic̄ esse philippi/ marcᵒ ꝯmemorat a ceteris discipulis ēt fuisse dictā. Et vt ait aug. pōt ītelligi h̄ ⁊ ore ceteꝛoꝝ philippū rn̄disse: vl' marcū plalē nūeꝝ ꝑ singlari posuisse. ℭ Nōndū qꝛ sic̄ xp̄s ad puteū samaritane aliā petebat ⁊ pmittebat aq̄ꝫ/ aliā vō mlr q̄rebat. Sꝫ h̄ loco fm tropologicū sensū: alios panes xp̄s docet: alios vō philippᵒ ītelligit. 3ʳ. n. panis ē: vnᵒ q ē aīalis vite sustētamētū: d̄ q̄ Ecc. 29. Jnitiū vite hoīs panis. Alter pāis ē spūal' vite nutrimētū: h̄ aūt est gr̄a dei de q̄ ps. panis coꝛ hoīs ꝯfirmat. 3ᵒ panis est s' fine sacietatis delectamētū de q̄. Sap. 16. panē d e celo p̄stitisti eis/ oē delectamētuꝫ i se hn̄tē/ ⁊ oīs saporꝭ suauitatē. pmᵒ panis p̄ciū hꝫ laborē. s. p̄ntis tpis. Gen. 3. i sudore vultᵒ tui vesceris pane tuo: iō q nō laborat nō māducet: vt ait apl's. Sꝫ si ⁊ 3ᶦ panis nō ē p̄ciū/ qꝛ gratꝭ datur. Nō ex opibᵒ iustic̄ q̄ fecimᵒ nos/ sꝫ fꝫ suā mīaꝫ saluos nos fec̄: nō hēmᵒ ḡ ex nr̄is opibᵒ p̄ciū qd tribuamᵒ ꝑ pāibᵒ gr̄e ⁊ glie. Sꝫ si aliq̄ p̄tio ipi panes emūt/ p̄ciū nr̄e salutꝭ xp̄s ē: itaq̄ꝫ cū dic̄ xp̄s (vñ ememus panes vt māducēt hij). Si de pani hᵒ ītelligit aīalis vite. Rn̄dēdū ē/ qꝛ laboꝛe coꝛpis ⁊ anxietate ai emūt. Si vō ītelligit de pāibᵒ salutaribus gr̄e ⁊ glie. Rn̄dēdū ꝙ si hēmᵒ p̄ciū emēdi: paupes. n. sumᵒ. Sꝫ dono tri

buunt: ꝙ si tñ aliqd ꝑciū ē/ ipsemet xp̄s ē ꝑtiū nr̄e salutis/ i q̄ sūt oēs thesauri sapie ꝛ scie dī abscōditi. ¶ Nō ēt qꝛ rn̄sio philippi allegorice intellecta verissima est: venales. n. panes .i. p̄ntis vite sustētamēta nō sufficiūt hoī q nō in solo pane viuit/ sꝫ etiaꝫ in oī verbo qḋ procedit de ore dei: haꝝ tpaliū reꝝ tres tangit defect⁹. Pmus qꝛ care emunt: ducētis .s. denarijs qui numerus ex simplo cōstat ꝛ duplici: decies. n. xx. ducenta sunt: decē aūt est oīs numerus/ q̄ꝝ vnus ad corpus/ alteꝝ ad aīaꝫ relatū viginti sꝫ ḡ ex oī labore corpis/ ꝛ anxietate mētis empti panes ꝑcio emunt ducētoꝝ d̄narioꝝ. iō dī Ecc. 6. Oīs labor hoīs in ore eius. 2⁹ defectus bonoꝝ tpaliū est/ qꝛ nō sufficit oībus: iō videm⁹ plures īdigentes eo ꝙ alij habūdāt: hac ēt ex cā bella sunt ꝛ ꝯtētiones: iō ait philippus/ ꝙ panes n̄ sufficiūt eis in cōi. Tertius defectus eoꝝ/ qꝛ ēt nō sufficiunt singulis: nullus enim mundi amator est cui nō videat ex eis modicū aliqd pcepisse qꝛ n̄ saciant istis panibus hoīes: cui⁹ cā est/ qꝛ panes reꝝ tpaliū famē ꝛ esuriē ad defectū hn̄t i se pmixta ꝛ empastata sꝫ i eis inseparabilr: nō q panes istos mādůcat/ fame cibat ꝛ defectu: qd ḡ mirū si semp esurit/ qd ēt miꝝ si panes isti care empti/ ꝛ nō sufficiētes oib⁹ singulisq̄ꝫ deficiētes nō saciāt? ve ita ꝙ philippus os lāpadis ē. Sic enī nomē ei⁹ iterpretat: nā h̄ sermo xp̄i ardet vt facula/ cupiditatē amorē cōsumēs quē ondit inutilē: dic̄ .n. qꝛ h̄ tpalia quantūcūq̄ꝫ magno ꝯquirant ꝑcio/ mēti nō sufficiūt hūane. Sꝫ dicat os lāpadis/ lucerna lucēs ꝛ ardēs/ qd nob̄ sufficiēs sit os istud īflāmatū. Jo. 14. dn̄e/ inqt/ ondē nobis prēm ꝛ sufficit nob: nō sufficiūt/ iqt/ pplo huic panes ducētoꝝ denarioꝝ. Sꝫ tribue ꝛ onde nobis sine ꝑcio vinū panēꝫ q est visio deitatis/ ꝛ sufficit nobis. Esa. lv. Qui nō hētis argētū/ ꝑparate/ emite/ ꝛ comedite: venite ꝛ emite absq̄ꝫ argēto/ ꝛ absq̄ꝫ vlla ꝯmutatiōe vinū ꝛ lac: q̄re appēditis argētū nō in panibus/ ꝛ labore v̄r̄m nō in saturitate? audite audiētes me/ ꝛ comedite bonū/ ꝛ delectabit in crassitudine aīa vestra.

Reꝝ tēporaliū tres defectus.

¶ Ser. 4. 4ᵉ. ondē i. xl. ꝛ iordi. 129.

Dicit ei v n⁹ ex discipulis suis andreas) postq̄ꝫ ondit euāgelista deficē a diuino ope hūanūꝫ ꝯsiliū: nunc ondit ab eodē ēt deficē hūanū adiutoriū: vbi aduertēdū ꝙ p⁹ rep̄hēsionē philippi/ xp̄s s̄ꝫ marcū ait discipulis. Quot panes hēt̄ꝫ/ ite videte. Et cū cognouissent/ dixerūt ei/ hēmus h̄ nisi. v. panes ꝛ duos pisces / q̄ꝝ respōsionē ioānes attribuit andree soli/ quā ceteri euāgeliste plurale numeꝝ ꝓ singulari ponētes ex discipuloꝝ persona retulerūt: vt dic̄ Augus. circa h̄ aūt tria tāgit ioānes. pmo qdē discipuli cōsanguinitatē (dic̄ ei vnus ex discipulis ei⁹ andreas) q̄ꝫ fuit ex pmis discipulis: vt pꝫ. Jo. j. (fr̄ symonis petri) iterpretat āt andreas rn̄dēs pabulo: cui⁹ noīs rō ꝓposito ꝯgruit: id .n. xp̄o rn̄dit. vn̄ datū est pplo pabulū. Jtē tāgit alimēti paucitatē. (Est puer vnus hic) aliquis .s. ex cōdiscipulis/ quē qdeꝫ putāt fuisse btūm marcialē/ cui⁹ corpus apud lemonicas requiescit. (Qui hꝫ). pro cibo aplici ꝯuentus. (quinq̄ꝫ panes) ecce alimēti paucitas (ordeaceos). ecce alimenti vilitas. (Et duos pisces). ecce cōdimenti sobrietas. Jtem tangit huius alimēti inutilitatē. (Sed hec) .s. panes ꝛ pisces. (quid sunt iter tātos) quasi di. eis nō sufficiūt

ꝛ inutiľr eis distribuenť. Erant.n. vt ait Mattheꝰ.v.milia viroꝝ/exceptis puulis/ꝛ mulieribus. Attēde vt dicit Chryso.in hijs vbis discipuloꝝ xpi sobrietatē/ꝛ paupertatē/ꝛ largitatē. Sobrietatē qdē/q: totus sacer ille ꝯuētꝰ qnqꝫ tm̄ panes/ꝛ duos pisces pro sua refectōe hēbat. Paupertatē vō ꝯsidera/q: nō triticeos panes/ꝛ carnes hēbāt/sꝫ ordeaceū panē/ꝛ pisces. Largitate aūt recognoscimꝰ/q: nō celauerūt qd̄ ꝑ ipsis seruabať. Sꝫ obtulerūt distribuendū turbe. Qd̄ ēt ait andreas. (Sꝫ h̄ qd sunt īter tātos.nō ex infidelitate/sꝫ ex veritate ꝓcessit: nihil.n.illa erāt tante multitudini/si diuina vtus nō augmētasset ibaꝫ.

¶ Nō moraľr q sunt panes/ꝛ q pisces. Sicut aūt iaꝫ dcm̄ ē. Triplex

Panis triplex genus. est genus panis. ꝑm̄ qdē est aīalis vite. Et hic panis qntuplex est.naꝫ ad sensibilē vitā ꝑtinet id qd̄ reficit visuꝫ/auditū/gustū/ odoratū/ ꝛ

2 tactū. Et q: ista refectio aīalis est: iō panes sūt ordeacei:nā ordeū cibus est iumētoꝝ.duo vō pisces ad cibū ꝑtinētes/vite sensibilis sūt necessitas ꝛ voluptas: puer aūt est q hꝫ h̄ alimētū/qm̄ q solū hūc cibuꝫ q̄rit/puer est sensu. Sꝫ q crescit i cognitōe vitatis/obliuiscens q̄ erant paruuli/aliū cibū q̄rit. Sic dcm̄ ē Aug. Cibū suꝫ grādiū cresce ꝛ man ducabis me:iō ait apľs nolite pueri effici sensibus/sed malitia puuli estote. Itē tāte multitudini hoīuꝫ ꝛ aīaliū nō sufficerēt alimēta terrena/nisi diuina vtus quottidie ꝓstaret augmētū/q̄ ex ꝓuo semine multū fructū ꝓducit. ps. Oculi oīm in te spant dñe/ꝛ tu das escā illoꝝ in tpe oportuno/aperis tu manū tuā/ ꝛ iples oē aīal bn̄dictione. Rursus q: hoīes tāti.i. magni valoris sūt supra ceteras creaturas/hoc ipm̄ tpale alimētū eis nō sufficit. Sꝫ nihil dꝫ reputari pre amore cibi spiritualis: q: maior est refectio mentis/q̄ꝫ vētris. Et iō ad 2m genꝰ panis salutaris accedamꝰ/ quo mēs nr̄a i ꝓfiti aliť ꝛ nutriť. Sūt vero qnqꝫ panes gr̄e. ꝑmus est sacre doctrine. Eccľ. xv. Cibauit illū pane vite ꝛ intelľs. 2ꝰ est charitatis Mat. 7. Si qs vestrū petit panē/nūqd lapidē dabit illi. ꝛ gl. petēti charitatē tribuit ds̄. 3ꝰ panis est eucharistie. Jo. vj. Ego suꝫ panis viuus q de celo descēdi. 4ꝰ panis est opare iustitie. Jo. vj. Opamini cibū q nō pit/sꝫ pmanet in vitā eternā: hūc paneꝫ petimꝰ dicētes: panē nr̄m quotidianū da nobis hodie. 5ꝰ panis est assumpte pnie. Esa. 30. Dabit tibi dn̄s panē arctū ꝛ aquā breuē: arcta.n.vita est pniuꝫ:ꝛ ꝑ breui tpe lachrymaꝝ/ succedet; letitia sempiterna. Itē puer est qlibet iustꝰ/ nō sensu puer/sꝫ malitia: puer ēt ē seruitute. q̄diu.n.h̄ viuit/ꝛ si non culpe: tn̄ corruptiōi subiacet: vt dicit apľs Ro. 8. Puer nihilominꝰ est qlibet iustus ministerio ꝛ obsēqo dī: huic

puero danť isti panes pro viatico: 3 nā ordeaceus panis cibus est seruoꝝ ꝛ adhuc aīale ꝛ nōduꝫ spūale corpus hn̄ti iusto ꝯuenit iste cibꝰ. Itē piscis aquatile aīal est/qd̄ viuit ꝛ natat sub aqs: quo intelľr motꝰ cōpūctionis. Eccľ. 22. pūgens oculum deducet lachrymas/ꝛ q pūgit cor ꝓfert sensuꝫ: pūgiť aūt cor aut timore/aut amore: iō vt dicit Greg. iij. lib. dialo. Duo sūt gn̄a cōpūctionis designata p duos pisces. Prima cōpunctio est/dū aīa suoꝝ maloꝝ meminit/ꝛ in lachrymis sese afficit/q: ppeti eterna supplicia formidat. 2a cōpūctio est qn̄ post lō-

gos merores fit securitas venie/z i amore celestiũ aĩus iflãmat: z q p̃-us flebat ne deduceret ad suppli-ciũ/postmodũ amarissime z ampli-us q̃z timore gehẽne plãgit/q2 dif-fert a regno. Isti sũt duo pisces ti-mor z amor: q̃z pm⁹ in aqs iferiori-bus/alter i aqs q sup celos sũt vi-uit z natat. Itẽ istos pisces h3 qcũ q3 puer ẽ: aĩ/videl3/puri z sfimlis. ¶ Pñt nihilomin⁹ sm gl. panes i-telligi q̃nq3 libri legis: z duo pisces psalmi z pphia. S3 put res dseruit tpi pñti. v. panes z duo pisces ad so-lã pñt referri pniã: ordeũ enĩ h3 vi3 mũdificatiuã/z ex eo fit cibus z potus febricitãtib⁹/Sic pnia emũ-dat pctã z reficit penitẽtes. Ei⁹ vo panes sũt. v. pm⁹ ẽ timor dãnatõis Thob. ij. Cũq3 occultass3 corp⁹ mã-ducauit panẽ cũ luctu z tremore. Nõ reficit aũt iste panis nisi 2⁹ ap-ponat/q ẽ spes venie z remissiõis: timor. n. sine spe nõ adducit pniã3 Geñ. xviij. ponã bucellã panis z cõ-fortet cor nr̃m. 3⁹ panis isipid⁹ est dolor. s. ꝯtritõis. ps. surgite postq̃3 sederitis q mãducatis panẽ dolo-ris. z Treñ. j. Oĩs ppl's ei⁹ gemẽs z q̃rẽs panẽ. 4⁹ panis horrid⁹ z imũ-dus vr̃/z ẽ pudor ꝯfessiõis/quẽ cu-piebat fili⁹ pdig⁹. Luc. xv. dicẽs. q̃3ti mercẽnarij i domo pr̃is mei abun-dãt panib⁹/quẽ gustauit cu3 dixit. pr̃ peccaui i celũ z corã te/iã nõ su3 dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹. 5⁹ panis val-de dur⁹ est ad masticãdũ labor. s. sa-tisfactõis. Geñ. 3. In laboribus co-medes panẽ tuũ. s. ieiunãdo/vigilã-do/pegrinãdo/elẽynas largiẽdo/ z iniurias tollerãdo. Itẽ panes isti q2 sũt ordeacei. iõ isipidi sũt. Job. 33. abhominabilis fit ei i vita sua panis z cib⁹ añ ꝯsiderabilis. S3 tñ op⁹ ẽ talib⁹ nutriri panib⁹/vt sub-

uertat exercit⁹ vitiorum. nã z q sũt in castris austerã vitã agũt. Judic. vij. videbat mihi q̃si subcinerici⁹ pãis ex ordeo: volui z in castra madian descẽdere: cũq3 puenisset ad taber-naculũ/ pcussit illd atq3 subuertit/ z terre fũdit⁹ coequit. vbi ꝯsiderã-dũ/q2 madian iterptat inigtas: iõ castra madian sũt exercit⁹ vitiorum: panis aũt ex ordeo ẽ vtus pnie: q subcinericiũ⁹. i. subcinẽ coctus dr̃. Cinis. n. est relige ignis. Igniculus vo qdã est vita nr̃a. S3 tandẽ cum morimur/abeũte igne d corpe no-stro/solũ remanet cinis. Interi3 tñ i cinerib⁹ est ignicul⁹ vite/ qb⁹ coq-tur panis pnie3/q2 ꝯsideratio fu-ture mortis dũ adhuc viuim⁹ deco-qt ppositũ pnie. Job. xlij. Idcirco me repr̃hẽdo z ago pniã3 in cinere z fauilla. Isto pane si qs cibat⁹ fue-rit/aĩose aggredit vitiorum exercitũ/ fortiter pcutit z subuertit virilr̃/vs-q3 ad fũdamẽta. Itẽ isti panes/ q2 ordeacei sũt/nõ facile sumũt in ci-bũ/nisi cõpanagiũ apponat duorum pisciũ/p q̃s designat duplex ꝯsola-tio pnie3/in q̃ oẽ amarum sapit ei: p̃-mus piscis ẽ cõplacẽtia scẽ opatio-nis/cũ icipit eis sape pctã dimittẽ/ z bonũ facẽ. vñ Aug. ix. lib. ꝯfes. xp̃e ds adiutor z redẽptor me⁹/ q̃3 sua-ue mihi subito fcm̃ ẽ carere suaui-tatib⁹ nugarum mearum/z q̃s amittere metus erat/ia3 dimittere gaudiu3 erat. Eijciebas. n. eas a me tu vera z sũma suauitas. Eijciebas z intra-bas p eis oĩ voluptate dulcior/sed nõ carni z sanguini/oĩ luce clarior oĩ secreto intimior/oĩ honore subli-mior/s3 nõ sublimib⁹ i se. 2⁹ piscis est ꝯfidẽtia diuine recõciliationis: q̃si. n. penitẽs ꝯfidit se deo recõcili-andũ esse/nihil ẽ asperũ pnie q ei nõ sapiat. Hiere. 31. Cõuertã luctũ 4

eoꝝ i gaudiũ/ꝛ ꝯsolaboꝛ eos/ꝛ letificabo a doloꝛe suo. Jtẽ panes istos ꝛ pisces hꝫ puer vnus qui.s. ad puritatem vite regredit. Mathe. xviij. nisi ꝯuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut paruuli/nõ itrabitis in regnũ celoꝝ. dr enĩ ꝫ de penitẽte. iiij. Reg. v. restituta ẽ caro ei⁹/ sicut caro pueri puuli. Post panes spũales qbus iusti ꝛ penitẽtes reficiuntur in via/ad tertiũ genus panis ꝯsiderandũ trãseamus: hic panis deus est/quẽ mãducare hoc ẽ ꝙ videre. vñ Exo. 34. viderũt deũ ꝛ comederũt ꝛ biberũt: nã vt dicit Greg. 31. li. moꝝ. Sola deitatis visio vestra ẽ mẽtis refectio: h panis nõ diuidit sꝫ tñ trinus ꝛ vnus est: de q̃ Luc. xi. Amice accõmoda mihi tres panes: panis.n. mẽtis ẽ pr: panis filius: panis spũs sctũs: ꝛ hij tres vnus substãtialiter panis sunt: de quo Esa. 33. Ei qui claudit oculos suos ne videat malũ panis ei dat⁹ est/qꝛ regẽ i decoꝛe suo videbit. Iste vero panis nõ est oꝛdeaceus/sed similagineus: nõ humanus/sed angelic⁹: imo deificus. Dabit aũt hic panis puero.i. puro coꝛdi visione gustãdus. Matth. v. Bti mũdo coꝛde qm ipsi deum videbunt.

¶ Sermo ꝗntus quarte dñice in quadragesima ꝛ in oꝛdine. 130.

TErtio cũ dicit. (Dixit ergo iesus facite hoies discũbere) ponit diuini muneris largitas vbi q̃tuoꝛ facit. pmo eni xps pcipit reficiẽdoꝝ dispõnẽ. 2° ipse tribuit alimẽtoꝝ refectionẽ (accepit ꝰ iesus) 3° iubet fieri fragmentoꝝ recollectionem. (vt aũt ipleti sunt.) quarto recitat euãgelista grãꝝ actiões. (Illi ergo hoies.) Jn pª vo pte tria tãgit. p°. s. discũbẽdi pceptũ. (dixit ergo iesus facite hoies discũbere) Est aũt discũbere/ad comedẽdũ sedere. Jtẽ tãgit refectõis locũ. (Erat aũt fenũ).i. viridis herba (multuꝫ in loco.) Unde Marcus ait ꝙ iussit eos accũbere sup viride fenum. Erat eniꝫ tps veris circa pasca/qñ terra viridi feno vestit. Jtem tãgit discũbentiuꝫ numerũ. (Discubuerũt ergo viri numero q̃si quinqꝫ millia.) exceptis mulierib⁹ ꝛ puulis/ vt dicit Mattheus: quoꝝ numerũ nõ consueuit assignare scriptura. Ista vero multitudo/vt dicit Marcus oꝛdinate discubuit p ꝯtubernia.i. p societates distincta. Cẽteni ꝛ ꝗnquageni: alicubi.n. cẽtũ: alicubi vo ꝗnq̃ginta simul discũbebant. ¶ Deinde cũ dr (accepit ꝰ.) ponit alimẽtoꝝ largitio vbi q̃tuoꝛ tãgit. p° miraculi poªᵐ. nã vt dicit Mattheus iussit sibi xps afferri.v. illos panes/ꝛ duos pisces: quos cũ obtulissent. (Accepit ergo iesus panes) ꝛ ẽt pisces vt dicit Marcus: que acceptio ptãtẽ xpi demõstrat. Jn ptãte.n. ipsius trãsit oĩs creatura. Jtẽ tangit miraculi grãꝫ. (Et cũ grãs egisset.) Ceteri dñt euãgeliste/ꝙ aspexit in celũ/ꝛ panes cũ piscibus benedixit: vnde ille celestis aspectus fuit grãꝝ actio: bñdictio aũt potuit esse verbi/sed nõ dubiũ ꝙ fuit facti. nã siue vsus fuerit aliqbus sacris verbis/siue nõ: tñ illa benedictio fuit sbe multiplicatio. Jteꝫ tangit partitã sbam. (Distribuit discũbẽtibus.) Mattheus clarius hoc dicit: nam postq̃ꝫ christus egit grãs aspiciẽdo celũ ꝛ bñdicẽdo: tunc fregit panes ꝛ pisces/ꝛ dedit discipulis suis. Discipuli vero apposuerunt turbis. Jtem tangit alimẽti sufficientiã. (Siĺr ꝛ ex piscibus.) distribuit supple discumbentibus. (q̃tũ volebant.) tã ex pani-

Nota quomodo multiplicata fuit substātia panis ⁊ piscium.

bus q̄ȝ ex piscibus: vnde pȝ ꝙ non potuit istud fieri sine multiplicatione materie. Sed q̄uo diuina virtute multiplicata fuerit p̄nis substātia/ vtrū p additionē exterioris materie/ siue noviter create/ siue p̄existētis trāseūtis in ipsaȝ/ an sine vlla additione ex seipsa multiplicata fuerit incertū est de fcō: potuit tn̄ ista multiplicatio fieri vt vr̄/ aliquo triū modoꝝ. p̄° q̄dem p additionē mãe denuo create. 2° p additōeȝ mãe p̄exn̄tis: sicut granū seminis multiplicaȝ additōe h̄uōis terrei. 3° p multiplicatōeȝ solā sb̄e panis ex seipsa sine vlla additōe exterioris mãe/ q̄uo augmētata ē costa ade in magnitudinē corpis mulieris: vt dicit Aug. j. li. de sacris p̄te. vi. c. 34. Isti q̄dē tres modi sunt

nis tormēto.coctū.n.dicim⁹ hoīez penis assuetū:crudū vō q nōdum mala exptus est:nihil aūt fuit ī xp̄o a passiōe crudū qn potius q̄stū ad aīam cepit pauere/tedere/ tristari. ps. Repleta ē malis aīa mea.q̄stū vō ad corpus caput qdē ipsius fuit spinis coronatū/eius maxille alapis/collū colaphis pcussum. Eius aspectus illusiōibus ⁊ vello obscurat⁹:eius audit⁹ clamorib⁹ crucifigētiū agitatus:eius gustus felle ⁊ aceto potatus:eius olfat⁹ loco crucifixiōis fetido pturbatuz:totum corpus flagellatū in cruce violēter extēsuz:pedes ⁊ manus pforate:clauis ⁊ latus lācea vulneratū. Jdcq̄ nihil ex eo crudū/sed totū fuit tormēto passiōis decoctū. Jtē excludit cōpassiōis pietatē (nec coctuz aq̄.) aq̄ ad cōpassiōis ptinet lacrymas:est ḡ sensus:sine aq̄ coquat.i. sine vlla cōpassiōe patiat. Sic.n. iudei coquebāt tormēto passiōis istū pietatis agnū:q ī nullo cōpatiebātur ei. Exo. 17. fluminis aq̄ versa ē in sanguinē/q: cōpassio nālis ɔuersa ē ī crudelitatē feralē. Jtē ɔcludit crucis acerbitatē. (Sed assum tm̄ igni.) Fomētū ignis sunt ligna. Jd sensus est.sic coquat.i.patiat agn⁹ dī vt igne.i.crucis ligno affligat:q: ex ipso ligno passionis incēdiū q̄si ardor flāme puemētis assauit.i.afflixit carnē xp̄i. Gen. 22. Ecce ignis ⁊ ligna:ds aūt pvidebit victimaz: nihilomin⁹ pter hūc ignē passiōis sensibilē/duob⁹ alijs ignib⁹ assat⁹ est chūs.vno malignitatis q̄ ardebāt iudei īuidētes/odiētes/ inardescētes ad necē chūi:altero bēignitatis q̄ inflāmat⁹ ardebat desiderio salutis hūane. ¶ Deīde cū dic (caput cū pedibus) agit de totalitate passiōis xp̄i. Et tria facit. q: p⁹ ponit patientis distinctionē. 2° passionis ɔsūmationē. (nec remanebit.) 3° innuit psecutiōis iterationē. (Si qd residuū.) Jn pᵃ pte tria mēbra tāgit passiōi.vno deuoratiōi exposita.s.caput pedes ⁊ itestina:ī capite duo itelliguntur. Uel diuinitas chūi.j.Cor.x.caput xp̄i ds vel pncipatus auctitas. Ephe.j.q est caput sup omnem ecclīam.hoc caput iudei deuorauerūt.i.auide cōsumpserūt negātes chūi diuinitatē ⁊ pncipatū:pp pᵐ Jo. 19. fm legē dz mori q: filiū dei se fecit:pp scdz nō habemus/iqūt/regē nisi Cesarez. Jtez in pedibus chūi carnis īferior substātia significat/quā deuorauerūt iudei dū ipz q̄si samaritanū ⁊ alienigenā tradiderūt gētib⁹ crucifigendū. Jtē intestina sūt aīe ītima q̄ deuorauerūt iudei in beelzebub eū dicētes eijcere demonia ⁊ pctōrē. dic ḡ (caput).i. diuinitatē ⁊ pncipatuz fideliū (cū pedib⁹) carnis.s.vestigijs ei⁹ chūi. (Et itestinis).i.aīe vtutib⁹ vorabit.i.auide absumetis q̄si negātes assumetis. ¶ Scdo ponit passiōis celerē ɔsumatōez. (Nec remanebit ex eo qcq̄ vsq̄ mane.) Jn ipsa enim.vj.feria sic expedite ɔsumauerūt chūi passionē/vt in mane sequētis diei nihil ex eo apperet sup terrā. Jo.xix. iudei ergo ne remanerēt corpa eoz in cruce sabbato rogauerūt vt tollerent. 3° innuit aliam psecutionē dicēs. (si qd residuū fuerit.) ɔsumata oī passiōe residua erant chūi resurrectio ⁊ fidei pdicatio (igne) zeli iracundie/⁊ inuidie. (cōburetis.) psequemini ⁊ affligetis:.sic enim ad litterā factum est: nam christi resurrectionē pmo quidem occultauerunt:deinde predicatores eius psecuti sunt igne zeli inuidie ⁊ iracundie.

3 (left margin, beside "gētiū agitatus")

Crucis acerbitas. (left margin)

4 (right margin, beside "3° innuit")

Sermo. 5. sexte ferie in parasceue de. ij. pphia z in ordine. 260.

Quarto cū dič (Sicāt: cōedetis illū), pōit actiōis iudaice modū: vbi. v. tāgit pº armoꝝ pparationē (sic āt cōedetis). i. passiōe ꝯsumabitis (cū renes vr̄os accigetis). i. armis eritis accicti i cōprehēsiōe xp̄i Jo. 14. Judas cū accepisset cohortē vēit illuc cū lāternis z facibꝰ z armis. vel aīr: illa die q̄ castitate accītos renes debeāt hīe xp̄z passione māducauerūt. Jtē tāgit aīoꝝ simulatiōes (calciamēta hēbitis i pedibꝰ) pedes iudeoꝝ erāt affectꝰ eoꝝ pui z iniq ꝯ xp̄z. motꝰ. s. inidie z furoris. Sȝ ne viderēt talibꝰ armis psequi eū pedes affectiōnū texerūt pellibꝰ vtutis / nec pedē īuidie legis auctoritate calciauerūt dicētes fm legeȝ debet mori / q̄ filiū dei se fecit: pedeȝ v̄o furoris zelo boni publici calciauerūt dicētes: hūc īuenimus dicenteȝ se xp̄m regē. Jtaqȝ si hūc dimittis nō es amicꝰ cesaris oīs eni q se regē facit ꝯtradicit cesari. Jtē tāgit vulgi cōminatōeȝ. (Tenētes baculos in manibꝰ) milites deniqȝ tribuni z p̄sidis cū gladijs z armis: vilis aūt iudeoꝝ vulgꝰ cū baculis z fustibus venerūt cōprehēdē xp̄ȝ. Mat. 26. Ecce iudas z cū eo turba multa cū gladijs z fustibꝰ. Jtē tāgit occisiōis xp̄i festinationē. (Et comedetis festināter.) nō eni sustinuerunt inducias / sȝ eadē die cōprehēsus z accusatus z iudicatus atqȝ occisus fuit xp̄s. Sed neqȝ Pilatuȝ subterfugiēteȝ occidere z volenteȝ differre z magis discutere noluerūt audire festine petentes xp̄i mortem. Prouer. 1. Pedes eoꝝ ad maluȝ currunt z festināt vt effundant sanguineȝ. Jtem tāgit paciētis xp̄i expirationeȝ. (Est eni phase) sic dicitur hebraice: grece aūt pascha latine vero (id est trāsitus dn̄i.) q̄ z i cruce emittēs sp̄m ex hoc mūdo trāsiuit ad patrē: naȝ q̄ ipse festinauit nr̄am saluteȝ pficere: iō voluit iudeos festināter suā passionē procurare: pp quā ēt cāȝ vt dič Chrys. cū accusaret z iterrogaret raro r̄ndit ne fmo eiꝰ daret iducias nr̄e saluti.

Passio dn̄i nostri iesu xp̄i fm Joānem. Cap. 18.

In illo tpe. Egressus ē iesus cū discipulis suis trās torrētem cedrō: vbi erat hortꝰ: i quē itroiuit ipse, z discipli eiꝰ. Sciebat āt z iudas, q tradebat eū locū: q̄ frequēter iesus ꝯuenerat illuc, cuȝ discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē: z a pōtificibꝰ z phariseis mistros: vēit illuc cū lāternis, z facibus, z armis. Jesus itaqȝ sciēs oīa, q̄ vētura erāt sup eū: pcessit, z dixit eis. Quem queritis? Respōderūt ei. Jesuȝ nazarenuȝ. Dixit eis iesus. Ego suȝ. Stabat aūt z iudas, qui tradebat eū, cū ipsis. Ut ergo dixit eis, ego suȝ, abierūt retrorsuȝ: z ceciderūt in terraȝ. Jterū ergo eos interrogauit. Quem queritis? Jlli autem dixerunt. Jesum nazarenum. Respondit ie-

sus. Dixi vobis: quia ego
sū. Si ergo me q̄ritis: sinite
hos abire. Ut impleret ser=
mo quē dixit: q: quos dedi=
sti mihi, nō pdidi ex eis quē=
q̄. Symon ḡ petrus habens
gladiū: eduxit eū: & pcussit s=
uū pōtificis: & abscidit auri
culā eius dexterā. Erat autē
nomē seruo malchus. Dixit
ergo iesus petro. Mitte gla
diū tuū in vaginā. Calicem
quē dedit mihi p̄r, nō vis vt
bibam illum? Cohors ergo,
& tribunus, & ministri iudeo
rū: cōprehēderunt iesum, & li
gauerunt, & adduxerunt eū
ad annā primū. Erat aūt an
na socer cayphe: qui erat pō
tifex anni illius. Erat autē
cayphas, qui ꝯsilium dede=
rat iudeis: q: expedit vnum
hominē mori pro populo.
Sequebat aūt iesum symon
petrus, & alius discipulus.
Discipulus aūt ille erat no=
tus pōtifici: & introiuit cum
iesu in atriū pontificis. Pe=
trus aūt stabat ad ostiū fo=
ris. Exiuit ergo discipulus
alius, qui erat notus pōtifi=
ci: & dixit ostiarie: & introdu
xit petrū. Dixit ergo petro
ancilla ostiaria. Nunquid &
tu ex discipulis es hois istius?
Dixit ille. Nō sū. Stabant
aūt serui, & ministri ad prunas
q: frigus erat: & calefaciebāt
se. Erat aūt cū eis & petrus
stās, & calefaciēs se. Pōtifex
ergo iterrogauit iesum de di
scipulis suis: & de doctria eius.
R̄ndit ei iesus. Ego palā lo=
cutus sum mūdo. Ego semp
docui in synagoga, & i tēplo:
quo oēs iudei cōueniūt: & in
occlto locut⁹ sū nihil. Quid
me iterrogas? Interroga eos
qui audiernnt quid locutus
snm eis. Ecce hi sciūt que di=
xeri ego. Hec aūt cū dixisset:
vnus assistens ministro꜡ de=
dit alapā iesu, dicēs. Sic r̄n=
des pontifici? R̄ndit ei iesus.
Si male locutus sū: testimo
niū perhibe de malo: si aūt be
ne, qd me cedis? Et misit eū
annas ligatū ad cayphā pon
tificē. Erat aūt symō petrus
stans, & calefaciens se. Dixe
rūt ergo ei. Nūquid & tu ex
discipulis eius es? Negauit il
le: & dixit. Non sum. Dixit
vnus ex seruis pontificis: co=
gnatus eius cui⁹ abscidit pe=
trus auriculā. Nonne ego vi

di te in horto cum illo? Iterū
ergo negauit petrus. Et sta-
tim gallus cātauit. Adducūt
ergo iesū a cayp̄ha i p̄toriū.
Erat āt mane. Et ipsi nōītro
ierūt in p̄toriū: vt nō ꝯtami-
narēt: sꝫ māducarēt pascha.
Exiuit ergo pilat⁹ ad eos fo-
ras, ꝛ dixit. Quā accusatiōeꝫ
affertis aduersus hoieꝫ hūc?
Rūderūt, ꝛ dixerunt ei. Si
nō eēt hic malefactor: nō ti-
bi tradidissem⁹ eū. Dixit er-
go eis pilat⁹. Accipite eū vos:
ꝛ s̄m legē vr̄am iudicate eū.
Dixerūt ergo ei iudei. No-
bis nō licet iterficere quēq̄ꝫ.
Ut sermo iesu ipleret, queꝫ
dixit. Significās qua morte
esset moritur⁹. Introiuit er-
go iterū pilatus in p̄toriū: ꝛ
vocauit iesuꝫ, ꝛ dixit. Tu es
rex iudeorū? Respōdit iesus.
A temetipo hoc dicis: an alij
tibi dixerūt de me? Respōdit
pilatus. Nūquid ego iudeus
sum? Gēs tua ꝛ pōtifices tui
tradiderūt te mihi. Quid fe-
cisti? Respōdit iesus. Regnū
meū nō est de hoc mūdo. Si
ex hoc mūdo esset regnū me
um: ministri mei vtiqꝫ decer-
tarēt: vt nō traderer iudeis.
Nunc aūt regnū meū nō est
hic. Dixit itaqꝫ ei pilat⁹. Er-
go rex es tu? Rūdit iesus. Tu
dicis, q2 rex suꝫ ego. Ego in
hoc nat⁹ suꝫ: ꝛ ad hoc veni in
mūduꝫ: vt testimoniū p̄hibe
am veritati. Ois eni q est ex
veritati, audit vocē meā. Di-
cit ei pilat⁹. Quid ē veritas?
Et cū hoc dixisset: iterū exiuit
ad iudeos, ꝛ dicit eis. Ego
nullā inuenio in eo cām. Est
aūt ꝯsuetudo vobis: vt vnuꝫ
dimittā vobis i pascha. Uul
tis ergo dimittā vobis regeꝫ
iudeorū? Clamauerūt rursuꝫ
oēs dicētes. Nō hūc: sꝫ bara
bā. Erat aūt barabas latro.
Tūc ergo apprehēdit pilat⁹
iesum, ꝛ flagellauit. Et mili-
tes plectētes corōaꝫ de spinis:
iposuerūt capiti eius: ꝛ veste
purpurea circūdederūt eū.
Et veniebāt ad eum, ꝛ dice-
bāt. Aue rex iudeorū. Et da-
bant ei alapas. Exiuit ite-
rum pilatus, ꝛ dicit eis. Ec
ce adduco eum vobis fo-
ras: vt cognoscatis, quia in
eo nullam causam inuenio.
Exiuit ergo iesus, portans
spineam coronam: ꝛ pur-
pureum vestimētū. Et dicit

eis pilatus. Ecce hō. Cū ergo vidissent eum pontifices, ⁊ ministri: clamabant, dicentes. Crucifige, crucifige euȝ. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim nō iuenio in eo causaȝ. Responderūt ei iudei. Nos legem habemus: ⁊ s̄m legeȝ debet mori: q̄ filium dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hūc s̄monē: magis timuit. Et īgressus est p̄toriū iteȝ: ⁊ dicit ad iesuȝ. Uñ es tu? Jesus aūt rñsum nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi nō loqueris? Nescis, q̄ p̄tātē habeo crucifigere te: ⁊ p̄tātē habeo dimittere te? Rñdit iesus. Nō haberes p̄tātē aduersuȝ me vllā, nisi tibi datū eēt desup. Propterea q̄ me tradidit tibi: maius pc̄ūȝ habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eū. Judei aūt clamabāt, dicētes. Si hunc dimittis: nō es amicus cesaris. Oīs eni q̄ se regē facit: ɔtradicit cesari. Pilatus aūt cuȝ audisset hos sermones: adduxit foras iesum: ⁊ sedit pro tribunali in loco qui dicit̄ lichostratos: hebraice aūt gabatha. Erat autē parasceue pasche, hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autē clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit illis pilatus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Nō habemus regem nisi cesareȝ. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt auteȝ iesum, ⁊ eduxerunt. Et baiulans sibi crucem: exiuit in eū qui dicitur caluarie locum: hebrayce autē golgotha: vbi eum crucifixerunt: ⁊ cuȝ eo alios duos, hinc ⁊ hinc medium autē iesum. Scripsit autem ⁊ tituluȝ pilatus: ⁊ posuit super crucē. Erat autē scriptuȝ, iesus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo tituluȝ multi legerunt iudeoꝝ, quia prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est iesus. Erat autem scriptum hebraice, grece, ⁊ latine. Dicebāt ergo pilato pōtifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeoꝝ: sȝ q̄ ipse dixit: rex sum iudeoꝝ. Respondit pilatus. Quod scripsi, scripsi. Milites ḡ cuȝ crucifixissent euȝ: acceperunt ve

stiméta eius: z fecerūt quattuoꝛ partes, vnicuiqꝫ militi parté: z tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis: desup ꝯtexta p totū. Dixerūt ḡ adinuicem. Nō scindamus eam: sꝫ sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura ipleref dicés. Partiti sunt vestiméta mea sibi: z sup vesté meā miserūt soꝛté. Et milites qdé hec fecerūt. Stabāt aūt iuxta crucem iesu, mater eius, z soroꝛ mris eius maria cleophe, z Maria magdalene. Cuꝫ vidisset ḡ iesus matré, z discipulū stāté, queꝫ diligebat: dicit matri sue. Mulier. Ecce filius tuuꝫ. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hoꝛa, accepit eam discipulus in suā. Postea sciens iesus, qꝛ iaꝫ oia ꝯsummata sunt: vt ꝯsūmaref scriptura, dicit. Sitio. Uasꝫ ergo positum erat: aceto plenam. Illi aūt spōgiā plenaꝫ aceto, hysopo circūponétes: obtulerūt oꝛi eius. Cū ergo accepisset iesus acetum, dixit. Cōsumatum est. Et inclinato capite: tradidit spiritū. Judei ḡ qm̄ parasceue erāt, vt nō remanerét i cruce coꝛpa sabbato. Erat. n. magnus dies ille sabbati: rogauerūt pilatū, vt frāgerét eoꝝ crura, z tollerétur. Uenerūt ergo milites: z pꝛimi qdé fregerūt crura: z alterius q crucifixuꝫ é cū eo. Ad iesuꝫ aūt cū venissent: vt viderūt eū iā moꝛtuū: nō fregerūt eiuꝫ crura: sꝫ vnusꝫ militū lācea latuꝫ eius apuit: z cōtinuo exiuit sanguis z aqua. Et q vidit testimoniū phibuit: z veꝝ é testimoniū eiuꝫ. Et ille scit: qꝛ vera dicit: vt z vosꝫ credatis. Facta sunt. n. hec: vt scriptura impleretur. Os nō cōminuetisꝫ ex eo. Et iteꝝ alia scriptura dicit. Uidebūt in quem trāsfixerunt.

¶ Hic legit in tono euāgelij.

Post hec āt rogauit pilatū ioseph ab arimathia, eo qꝫ esset discipulus iesu: occultus aūt pp metū iudeoꝝ: vt tolleret coꝛpuꝫ iesu. Et pmisit pilatus. Uenit ḡ, z tulit coꝛpus iesu. Uenit aūt z Nicodemus, q venerat ad iesum nocte pmū: ferés mixturā myrrhe, z aloes: quasi libꝛas cétū. Acceperunt ḡ coꝛpus iesu, z ligauerūt eū linteis, cū aromatibus: sicͭ mo

ē iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus ē hortus, z in horto monumētū nouū, in quo nondū quisq̄ȝ positus fuerat. Ibi ergo pp parasceuez iudeoꝝ, q: iuxta erat monumentū, posuerūt iesum.

¶ Sermo passionis dñi nři iesu xpi in parasceue z in ordine. 261.



Gressus est iesus cū discipulis suis trās torrētem cedron vbi erat ortus.) Jo. 18. Idē Mat. 26. z Mar. 13. z Luč. 22. Aliis qdem diebus alia/sȝ hodie nō iudicaui me aliquid scire iter vos nisi xpȝ iesum z hunc crucifixū: q: vt ait apl's sȝ vbū crucis pereūtibus. i. īfidelib⁹ stultitia sit/nob tñ fidelib⁹ xps crucifix⁹ dei vtus z dei sapia ē: itaq̄ȝ i cruce ipsi⁹ finis ē legis z scripture. In passiōe eius ē sūma ois pdicationis: i morte eius ē ɔsumatio ois smonis: vñ gegd hacten⁹ ē vob pdicatū: hic cōplet z pficit. Si passionē xpi sic audieritis vt cōpaciamini ipsi q p nobis pati dignatus ē: ipsius aūt passionis gesta 4or euāgelistaꝝ dcā redncēdo ad ordinē hystorie vře charitati recitare itēdo/nec allegoricis aut tropologicis sensibus deuotionē vřaȝ fatigabo: sȝ nudā hystoriaȝ qbusdā tñ figuris adhibitis: qm̄ res ipsa sola sufficiēt edificat. qātū ipse d q̄ loqmur largiet psequar in pňti. Colligat g attētio/ excitet deuotio/ exprimat cōpunctio/ z altius itentio erigat: qp vt fiat agnus p nobis in cruce leuatus sibi nos ɔfigēs in se rapiat cui dicamus oēs agnus dei q tollis pcā mūdi miserere nobis.

¶ Prima pars passionis xpi.

Gressus ē iesus cū discipulis suis trās torrētem cedrō vbi erat ortus.) Qm̄ lex pcipit Exo. 24. vt ad celebrādū pasche solēnitatē quilibet ascēderet i hierl'm: iō q legē ddit fcūs sub lege xps cū ab icarnatione sua xps eēt circiter. 33. annorū: a natiuitate vo. 32. annoꝝ z triū mēsiū de galilea venit i regionē hierosolyme festo pasche appropinquāte/in q̄ p scalaȝ crucis de h mūdo trāsiturus erat ad p̄rem/venit i bethaniā feria. 6. xv. die ań suā passionē vbi suscitauit Lazaꝝ quatriduanū de monu^to c⁹ rei miraculū cū inotuisset pōtificibus z pharisčis collegerūt ɔciliū aduersus iesum ex tūc cogitātes ipm occidere/ q̄ de cā inde abscedēs xps hitauit cū discipulis suis i ciuitatē quā effrē. Et ań sex dies pasche sabbo preterito redijt bethaniā vbi cenā sibi fecit martha z maria. Lazarus vero vnus erat ex discūbētibus. Maria vo pcioso vnguento caput z pedes xpi vnxit recūbētis/c⁹ vnguēti odore iudas irritatus ex tūc cogitauit xpm iudeis tradere/ vt dānū effusi vnguēti pditionis pcio cōpēsaret. In crastinū aūt. s. die dñico dñs sup asinā venit hierl'm quē turbe cum laudibus z palmis exceptunt/c⁹ honori pōtifices z phisci, inuidētes amplius i necē eius puocati sunt dicētes: videtis q: nihil pficimus: ecce totus mūdus post eū abijt. Die lune plēs disputationū isidias passus ē: p° qdē a pncipibus sacerdotū z seniorbus regrentibus in q̄ ptāte faceret mirabilia. 2° ab herodianis tētātibus eū de censu cesaris. 3° a saduceis de muliere septē viroꝝ. 4°

feria. 6. qñsu Ri tani lazarū venit i bethaniā

Sabbo

Die dominico

Die lune

a phariseis de maiori legis mādato/q bus oibus cū iposuisset silētiū per multas parabolas isinnauit se xpz ⁊ ab ipsis occidēdū eē tādē cōmina t⁹ ē hierlz ciuitati/q: pphas occidē rit ⁊ iustoꝝ effuderit sanguinē. Et ꝑ dixit ciuitatis ⁊ tēpli subuersionē ⁊ dispsionē iudeoꝝ i oēs gētes sinc ꝫ aduētus signa ⁊ futuꝝ iudiciū ma nifestauit/qbus dcis abscōdit se ne caperet. Die martis erat pascha ⁊ azi ma post biduū: tūc iminere suā pas sionē dñs discipulis ꝑdixit dicens: scitꝫ q: post biduū pascha fiet/⁊ fili⁹ hoīs tradet ut crucifigat. Die mer curij vidētes ꝑncipes sacerdotum xpm abijsse ꝯgregati sūt cū seniori bus ppli i atriū ꝑncipis sacerdotū q dicebat cayphas tractātes quō ip sum sepatū a turbis dolo tenerēt ⁊ occiderēt: qb⁹ cū n̄ occurreret facul tas pficiēdi añ festū q: optabāt sup uenit iudas pmittēs accepto ꝑcio. 30ª argēteoꝝ se xpm tradē añ festū ⁊ sine turbis. Die iouis i c⁹ vespera imolabat pascha reqsierūt apli vbi vellet dñs sibi parari cenā/ q cū nō hēret i hierlm hospitiū: erat.n.ga lileus pŕia/misit petrū ⁊ ioānē dicēs vt eūtes i ciuitatē seqrent quēdā ba iulātē aqꝫ ⁊ dño dom⁹ i q̄ itraret ex pte sua sibi denūciarēt q: cenaculū illis osideret i q̄ pascha cū discipul' mādncaret. Eūtes āt discipli iuene runt ⁊ fecerunt sicut dixit eis iesus ⁊ parauerunt pascha.

Die martis

Die mercurij

Die iouis

¶ Scda pars passionis xpi.

Vespere aūt fcō recūbebat cū discipulis suis. Et ait illis. de siderio desideraui h̄ pascha.i. agnū paschalē mādncare vobiscuꝫ añqꝫ paciar sꝫ amodo n̄ mādncabo illō donec figura ei⁹ ipleat in regno ec clie. Et cū sūpsisset carnes agni ipse bibēs tradidit eis calicē vini dicēs se nō bibituꝝ vinū mālis vitꝫ donec reg^m dei.i. appitio regni celestꝫ sua morte fieret: tūc.n. ꝑdixit se bibere nouū.i. nouo mō cū eēt i regno.i. i glia refectionis pine: nā p⁹ refre ctionē suam comedit ⁊ bibit nouo mō/q: cibo n̄ idigēs vt se refrexisse pbaret/cibo th̄ ē vsus. ¶ Postqꝫ le gale pascha cōmederat/ ꝑusqꝫ reli qs sumeret cibos surrexit xps a cena ⁊ depositis vestimētis suis ꝑcinct⁹ linteo cepit lauare ⁊ linteo extergē pedes discipuloꝝ/ cūctis stupētib⁹ tātā hūilitatē: nec th̄ recusare audē tib⁹ ei⁹ auctitatē. Quo fcō corpis ⁊ sanguinis sui ꝑciosū charitatꝫ mu n⁹ discipulis tradidit mādncādū. Cū qꝫ iudā vidit q: nec pp hūilitatē pe des lauātꝫ/nec pp charitatē se i cibū tradētis peniteret ꝓditōis ꝯcepte xps turbat⁹ ē spū ⁊ vt corrigeret q sibi erat ꝯscius mali. p⁹ qdē gñal'r ꝯqstus ē dicēs: amē dico vob q: vn⁹ vim me tradet hodie iudeis. Et lꝫ fi lius hoīs vadat sic scriptū ē de eo/ tñ ve hoi illi p quē tradet: meli⁹ illi erat si nat⁹ nō fuisset. Erāt aūt mlti i eodē cenaculo mādncātes ⁊ aspi ciebāt se adinicē discipli hesitātes de q̄ diceret: cūqꝫ oēs reqrerēt: nū quid ego sū dñe? Ipse 1° spāl'r ad apostolos direxit culpam dicens. Vnus ex duodecim qui manducat mecū i eadē mēsa/imo q mecū itin git i eadē parapside. Qui oēs sub traxerūt manū a mēsa. Sꝫ iudas fa miliariter ꝯiunctu volēs tegere culpā eo ipudētior q̄ cl'pabilior idisco xpi manū misit audacter dicens: nūqd ego sū rabbi? ⁊ tūc 3° xps psonā ꝓ ditoris singul'r notauit dupl'r.i. ver bo ⁊ fctō: vbo qdē sꝫ ambigue rñdit tu dixisti: ita vt ei⁹ rñsum nisi q sibi mali ꝯscius erat/ali⁹ nō itelligeret. Erat āt i sinu iesu recūbēs discipls

ꝓditoris manifestatio

Vincit culpaꝫ dicens

Jo. i pectoi dñi recūbit

quē diligebat/q: caput suū in vlnis ipsius reclinauerat sup pectus ei9/ hunc petrus cupiēs scire ⁊ vindicare pditorē innuit vt peteret a xpo qs h eēt scūrus. Et xps secrete dixit/ ipse ē cui panē itinctū dedero/ ⁊ notās pditorē scō dedit bucellā iude. Qui aduertēs pditionē xpo eē notā statiz a diabolo amplius possessus ē/ ⁊ i pposito obstinatus: tūc dixit illi iesus q facis fac citius. Et exiuit ille ɔtinuo vadēs ad pōtifices ⁊ pfidē vt accipet ministros ⁊ cohortē/ q cōphēderēt iesū. ¶ Quo egresso remanētibus discipulis ait dn̄s filioli adhuc modicū vobiscū suz q̄ritis me ⁊ q̄ ego vado vos nō potestis venire mō: dic ei petrus: dn̄e q̄ vadis? rn̄dit iesus: q̄ ego vado nō potes me mō seq: seq̄ris aūt postea: dicit ei petrus: q̄re nō possuz seq te mō? aīaz meam pro te ponā? rn̄dit iesus. aīaz tuā p me pones? amē amē dico tibi nō cātabit gallus donec me ter neges. i. trinam negationem scipias. ¶ Post h longū sermonē de sua diuinitate ⁊ hūanitate atq3 aduentu spūs scī psecutus ē xps/ ⁊ i fine eleuatis oculis i celū orauit piem p se ⁊ p salute apl'oz/ ac eoz q crediturī erāt p v̄bū illoz. Et q: in ipsa oōne dixerat se ad piez xps ire apl'os relinquēs. Jō forte īter eos fcā est ɔtētio qs ipsoz videref esse maior/ q vice xpi apl'oz hēret curā: potuit aūt ista ɔtētio ex humilitate ⁊ ex charitate prouenire: ex humilitate quidem dum alter prefert alterum / ⁊ qui preferṫ recusat esse maior: ex charitate vero duz qui se nouit posse prodesse vult preesse. Chryso. autem dicit contentionem istam fuisse ambitionis/ sed absq3 culpa: q: de bono spūali: posset aūt simpl'r dici q nō fuit ɔtentio cupida dignitatꝫ/

Judas exij a cena

Petrus pollicef sup xpo velle mori

xpi orat piem

Orif cōtētio inter discipulos qs deat esse maior

sed potius collatiua ⁊ inquisitiua d̄ tutis: sicut electores simul collocūtur qs sit sufficientior preesse. Qualiscunq3 antez fuerit ista contentio ipsam tamen statim ad concordiā xps reduxit tripliciter. p° quidem maioritatem in ecclesia dicens non esse dominium/ sed ministerium p pter qd̄ abscinditur omnis ambitionis occasio. 2° seipsum ceteris maiorez adducens seruitutis exemplum/ vnde hr̄ humilitatis prouocatio. 3° promittens in futura vita regalem principatum: ego/ inquit/ dispono vobis regnum vt edatis super mensam meam ⁊ sedeatis iudicantes duodeciz tribus israel. Sedata contentione manifestauit xps quis eoz esset maior: ait enim Symoni. Symon ecce sathanas expetiuit vos. i. desiderio tentandi vos hanelauit vt cribraret: idest tētaret agitaret ⁊ purgaret: sicut triticum separatis inmundicijs: ego aūt pro te rogaui vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei dn̄e tecum paratus sum ⁊ in mortem ⁊ in carcerē ire: quasi diceret: nolo alijs pesse/ sz te sequi. Et dn̄s ad eū: petre/ dico tibi/ nō cātabit hodie gall9 donec ter abneges nosse me. ¶ Tunc ɔ mala mundi discipulis accessura fecit eos prouidos/ ⁊ primo contra inopiam ⁊ defectum necessarioruz dicens/ quando tempore pacis misi vos sine sacculo ⁊ sine pera euangelizare nihil vobis defuit / sed instante persecutione do licentiam p uidendi necessaria vt qui habet sacculum pecunie/ tollat etiam peraz cibo rum. Sicut enim auis pullos absq3 eorum sollicitudinē nutrit in nido ⁊ cū emiserit iaz victuz sibi acq̄rūt. Et sic q aliū docet natare mē-

Sedat ɔtentio

Aduertit xps petrū d̄ diaboli tētatiōe

Dat licētiam sumēdi pecunias ⁊ cibaria

tū ei⁹ sustinet/ sȝ edoctū relinqt ꝓ-
prio arbitrio:sic xp̄s discipulos q̄si
ĩnido pullos nutriuit: ⁊ q̄si ĩpoten
tes sustētauit.Sȝ tādē solidatos ĩ fi
de voluit vt sui curā agerēt. 2° fecit
eos ꝓuidos ꝯ violētiā ⁊ ĩpetū ꝑse-
cutionis dicēs. ego vos aṁ misi ēt
Reddit discipu-los ꝓui-dos cir-ca ĩpetū tribula-tionem.
sine v̄ga/n⁊ āt opȝ hēre gladiū quē
q non hȝ vēdat tunicā ⁊ emat eū ꝓ
defensiōe sȝ nō ꝓ vltione ⁊ videant
posse vindicare/sȝ nolle.Illi v̄o ho-
mines pacis ⁊ ꝯcordie dixerūt dñe/
ecce gladij duo h̄: ille aūt dixit:satꝫ
ē.Ex q̄ pȝ allegoricū eē q̄ de gladio
Cōcedit ecclesie gladi⁹ ꝓ ꝺ̄fensiōe
emēdo dixerat:neq̄.n.ꝓ sua defen
sione ne cōprehēderet ab armatis
satis erāt duo gladij.Sȝ tñ gemina
potestas tp̄alis ⁊ sp̄ūal gladij suffi
cit ad ꝺ̄fensionē eccl̄ie:vna ē penes
sc̄lares ꝑncipes/altera penes sp̄ūa
les ꝑsules.ꝑ° gladio vtit eccl̄ia ꝯ ĩfi
deles. 2° ꝯ fideles / sȝ inobediētes.

¶ Tertia pars passionis xp̄i.

Completa cena gr̄as agētes di
xerūt hymnū forte pascahale
Grāꝝ ac tio post cenam.
cāticū.Cātemus dño gl'iose ⁊c̄.q̄ in
trāsitu maris rubri ip̄m decātauit
pp̄l's isrl'.Et s̄m suā ꝯsuetudinē / q̄z
dieb⁹ docebat ĩ tēplo/ noctibus v̄o
exiēs morabat ĩ mōte oliueti.egres
sus cū discipulis suis trās torrētē ce
dron/q diuidit ĩter mōtē oliueti ⁊
Annũciat discipulis passiōis ignomi-niam.
mōtē syon:dixit eis:oēs vos scāda
lū paciemĩ.i. timore ꝑturbabimĩ ĩ
me in ista nocte:q̄z scriptū ē.Zach.
13.percutiaȝ pastorē ⁊ dispergent
oues gregis:sȝ postq̄ resurrexero ꝑ-
cedā vos recolligēdos in galileā.Et
Petro negatio-nē ꝑdic̄.
dixit illi petrus/⁊ si oēs scādelizati
fuerint in te:ego aūt nūq̄ scādeliza
bor.Et tertia vice dñs trinā petri ne
gationē predixit dicēs: amē dico ti
bi/q̄z in ista nocte ꝑusq̄ gallus bis
vocē dederit/ter me es negaturus:
trina.n.negatio petri ĩcepit añ ꝑ^m
galli cātū.Jō alij euāgeliste dñt an-
teq̄ gallus cātet/ter me negabis.i.
trinā negationē ĩcipies: termĩata
v̄o est ante sc̄dm galli cantū. Jō ait
Marcus añq̄ gallus bis vocē de-
derit/ter me negabis.i.trinā nega-
tionē cōplebis.Ex hijs q̄ pȝ s̄ȝ btm̄
Aug.q̄ tribus vicibus trinā petri
negationē dñs ꝑdixit.ꝑ^a vice s̄ȝ io-
annē alia s̄ȝ Lucā. 3^a s̄ȝ Mattheū:
petrus v̄o amplius loquebat.Et si
oportuerit me sil' cōmori tibi/nō te
negabo.Silr aūt oēs dixerūt. Istū
āt trāsitū torrētis cedron figurauit
dauid. 2.Re.15. cū pateret ꝑsecu-
tionē absalonis.Ideȝ figurauit se-
mei. 3.Re. 2.Quid trāsiēs torrētes
cedron ē occisus.Idē serpēs eneus
in ip̄o torrēte cōminutus.4.Re.
¶ Uenit aūt in villam mōtis oli-
ueti q̄ dr̄ getsemani ⁊ erat ibi hor- Uenit ĩ villam montis oliuaꝝ.
tus in quē ĩtrouiit ip̄e cū discipulis
suis ⁊ dixit eis/sedete h̄ donec vadā
illuc ⁊ orē: vosq̄ orate ne ĩtretis in
tētationeȝ.i.ne ꝯsentiatis ĩminenti
huic tētationi timoris.Et assumptꝫ
seorsuȝ petro cū duobus filijs zebe
dei cepit tedere ⁊ pauere/⁊ dixit eis
tristis est aĩa mea vsq̄ ad mortē su
stinete.i.expectate h̄ donec vadaȝ ⁊ Cū disci pu.s.pe tro ⁊ fi lijs ze-bedei ac cedit ad orādꝫ. Tristi-tia dn̄i oraret.
orē illuc.Ista v̄o tristitia dñi fuit v̄a
ex nāli mortis horrore ꝓueniēs fuit
volūtaria:q̄ꝫtū.n.⁊ q̄si voluit trista
t⁹ ē:fuit rōnal' ĩ q̄ꝫtū xp̄s tristitiā su
scepit vt eā vicēt:nȝ.n.fortitudīs hñt
laudē q stupore magis vulneruȝ q̄
dolorē tulerūt.fuit exēplaris.vnde
Augus.moriturus tristatus ē xp̄s/
vt doceret martyres suos nō debe
re desperare/si in hora passiōis sb-
ripiat tristitia quā tñ vincāt.Figu-
rā hui⁹ tristitie ⁊ timoris xp̄i exp̄sse
rūt iacob in Gen̄.xxxij.timēs esau.
⁊ helias.iij.Re.xix.timens iezabel.
¶ Ipse v̄o ab ip̄is discipulis auul-
sus est

fus est q̄ꝫ iactus est lapidis/ ⁊ ꝓcidens in faciē suā super terrā orauit dicēs: abba pr̄.i.pr̄ pr̄/ oīa tibi possibilia sunt. si poſſe est/ h̄ est si vis trāsfer calicē hūc a me.i. passionis experimentū a me tollas: veꝝ tn̄ nō sicut ego volo/ sꝫ sicut tu. Et surgens ab orone venit ad discipulos q̄s inuenit dormiētes. Et dixit petro. Symō dormis? Sic? nō potuistis vna hora vigilare mecum vigilate ⁊ orate ne intretis in tētationē ⁊ h̄ est necīum q: lꝫ spūs sit prōptus ad obsequēdū deo/ caro tn̄ est infirma: iō orādū ne q̄ infirmū est fortē supet. Iteꝝ abiyt ⁊ orauit: pr̄ mi/ si nō pōt h̄ calix trāsire nisi bibā illū.i. nisi gustū mortis expiar/ fiat volūtas tua. Et fcūs in agonia in cōpugnatiōe anxiātꝫ aīe ꝑ mortis horrorē ꝓlixius orabat: vt aūt dicit glo. sup lucā in h̄ certamen nr̄e mentis expressit q̄ merito quādā vim terroris patimur morituri cui pꝰ pusillū sumꝰ inuēturi q̄ i eternū mutari nō possit. Et fcūs est sudor eiꝰ sicut gutte sanguis decurrētꝫ i terrā: appuit aūt angelus de celo ꝯfortās eū. Cōfortauit vō aīosuꝫ ⁊ mori paratū q: mortis tristitiā ex supauerat dei volūtas ⁊ amor nr̄e salutis. Sꝫ sic cooperatores dei sumꝰ absq̄ necītate eiꝰ q̄ oīa pōt/ ita angelus xp̄ꝫ ꝯfortauit mori patū. Rediēs aūt ad discipulos inuenit eos dormiētes: erāt.n. oculi eoꝝ grauati p̄ tristitia/ ⁊ nihil eis dixit/ sꝫ abiyt. 3° ad orōnē eūdē fmonē dicēs. Et cū rediysset ad discipulos suos dixit eis: dormite iā/ ⁊ requiescite. Nōnduꝫ vt dic̄ glo. sup Mat. tribus vicibus xp̄s orauit/ vt ⁊ nos a p̄teritis pc̄is veniā/ ⁊ a p̄ntibꝰ malis tutelā/ ⁊ a futuris piculis cautelā oremꝰ: vł ēt q: sic ē trina tētatio cupiditatis.s. ꝯpia carnis/ ⁊ ꝯpia oculoꝝ/ ⁊ ambitio sclī: ita trina est tētatio timoris. Est eni tīor mortis/ ⁊ tīor vilitatis/ ⁊ timor doloris: ꝯ q̄s tres tētatiōes docet nos xp̄s orone muniri. hāꝝ vō orōnū figuras scriptura ꝯtinet. nā 3° xp̄ꝫ orātē figurauerūt dd cadēs pnus in terrā. Et 3° orās.s. Re.xx. cū didic̄ mortꝫ piculū sibi imminere. Et Dan. 6. tribꝰ vicibꝰ orauit ꝯ hierusalē. Itē agonizātē in orone figurauit iacob. Gen. 32. Qui orans luctabat cū angelo/ q: caro ⁊ spūs cōpugnabāt. Itē sanguinē sudantē figurauit amasa iacēs in terra asp̄sus sanguie. 2. Re. 20. Itē ab āgelo cōfortatū figurauit gedeon. Judic̄. 6. cui appuit angelus dicēs: dn̄s tecū viroꝝ fortissime. vade i hac fortitudine tua ⁊ liberabis isrl̄ de mān madiā.

Venit ab orone ad discipulos.

Iteꝝ vadit orare.

Sudauit sanguinē.

Appet āgelus ꝯfortās eum.

3° orauit.

Quare ⁊ nos tribꝰ vicibꝰ orare debemus.

¶ Quarta pars passionis chr̄i.

Cum h̄ agerent iudas accepit cohortē ⁊ a pōtificibꝰ ⁊ phariseis ministros cū lāternis facibus ⁊ fustibus ⁊ armis. forte priꝰ venit ad domū in q̄ xp̄m reliq̄rat/ vbi cū nō inuenisset eū venit cū toto appatu ad locū in q̄ xp̄s erat: sciebat.n. locū q: freq̄nt xp̄s ibi cōueniebat cū discipulis suis. Quē vidēs xp̄s aū oēs venienteꝫ excitauit discipulos dicēs/ sufficit dormiuisse: surgite eamus/ ecce appropinq̄t q̄ me tradet. Dederat aūt ꝓditor ministris signū quē osculatus fuero ipse est tenete eū ⁊ ducite caute. Itaq̄ veniens ad iesum dixit. aue rabbi: ⁊ osculatꝰ est eū. Et dixit illi xp̄s. Juda osculo filium hoīs tradis? Et iteꝝ. amice ad qd venisti? audi vocē agni māsueti lupi osculū nō recusantis. Cuiꝰ proditionis osculuꝫ figurauit ioab. 2. Re. 3. ⁊. 20. q̄ abner ⁊ amasiaꝫ proditoris occidit osculo. Sciens aūt iesus oīa que ventura erant super eum processit obuiā iudeis dicens.

Judas cuꝫ cohorte venit iesū in app̄hēdere.

Excitat xp̄s discipl'os a somno.

Inde osculū.

Quem queritis? Et illi dixerunt. ie-
sum nazarenum. dixit eis iesus/ego
sum. ad cuius verbū oēs abierunt
retrorsum ꝛ ceciderūt in terram. Et
cū trepidi surrexissēt. iteꝝ iterroga
uit eos/quē queritis? ꝛ illi. iesuꝫ na
zarenū. dixit autē ad illos. dixi vo-
bis q₂ ego sum. Si ergo me queri-
tis/sinite hos qui mecū sunt abire.
Figura occursuꝫ xpi iudeis figurauit saul/
qui certus sue mortis tñ occurrit
phylisteis. j. Regū. 31. Idē figura-
uit iudas Machabeꝰ. j. Machab. 9.
qui moriturus processit obuiā ho-
stibus. Sꝫ tradentē se captioni ꝛ ne
tangerent discipuli prohibenteꝫ fi-
gurauit dd. j. paii. 21. vtaꝛ manus
tua ī me/ꝛ ppl's ñ occidaꝛ. ¶ Vidē
tes ãt discipli q₂ futuꝝ erat dixerūt:
dñe/si pcutimꝰ ī gladio? nꝫ expecta-
Petrꝰ pcutit suū pōtificis. uit petrꝰ rñsū/sꝫ ex dnobꝰ illꝛ gladijs
discipłoꝝ vnū quē accepat eximēs
pcussit suū pōtificis noie malchus/
ꝛ āputauit auriculā eiꝰ dexterā ie-
sus autē rñdit discipłis. sinite vsqꝫ
huc. i. pmittatis iudeos pcedē vsqꝫ
dum me comprehendant. Et ait pe
tro. conuerte gladiū tuū ī̄n locum
suū/q₂ non lꝫ apostolicis viris gla-
Viris aplicis nō cōuenit ferreꝰ gladius. dio ferreo vti. hic tamen gladius dī
esse petri: vnde ait. gladiū tuum/ q₂
vt dicit. Bernardus ad nutū pōtifi
cis per manū pncipis exercedꝰ est.
Jō locꝰ illius gladij ptās est sclaris:
oīs. n. q accepit gladiū: gladiū ac
cipit cui lex non dat/ ꝛ tñ eo vtitur
gladio pibit/q₂ digni sunt gladiari:
an putas q₂ ñ possuꝫ rogare pr̄eꝫ/ꝛ
exhibebit mihi mō plusqꝫ duodecī
Cōprehendiꝛ iesus ꝛ ligatur. legiōes āgeloꝝ? calicē quē dedit mi-
hi pr̄ nō vis vt bibā illū? quō ḡ iple
buntꝛ scripture/q₂ opꝫ sic fieri? ꝛ cū
tetigisset auriculā serui/ sanauit eū.
¶ Cohors ḡ ꝛ tribunꝰ ꝛ ministri iu
deoꝝ manus iniecerūt in iesuꝫ/ ꝛ cō
prehēsuꝫ ligauerūt. Ecce ioseph vē- Figura
diꝛ ismahelitis. Gen. 37. ecce archa
dñi capta est a phylisteis. j. Regū. 4.
Ecce sanson voluntarie ligatus a iu
deis. Judic. 15. Et lamētabiꝛ. xps
turbis locutus est: tanq̄ ad latro-
nē existis nocte cū gladijs me com
prehēdere/ q̄re sine violentia istud
non fecistis/ cū quottidie eēm apđ
vos docens in templo? sꝫ h̄ est hora
vr̄a ꝛ ptās tenebraꝝ. Tunc discipli
eo relicto/oēs fugierunt. cuius fuge discipuli fugiunt.
prima figura est Judic. 16. rasum
caput sansonis fa. 4. Regū. 14. q₂
comprehensum a caldeis sedechiā
regē bellatores oēs qui cū eo erant
dispersi reliquerunt.

¶ Quinta pars passionis xpi.

Apprehēsum ḡ iesum adduce-
bant ad domū Anne pōtificis Ad annā ducitur.
q erat socer cayphe/ꝛ sequebaꝛ euꝫ
adolescēs qdā amictꝰ syndone sup
nudo/quē apprehēderūt/sꝫ ipse re-
iecta syndone nudus pfugit ab eis:
hunc Joannē alij. Jacobū fuisse di
cunt: petrus ãt vt videret finē cum
alio discipulo quē pntāt fuisse Jo-
annē sequebaꝛ xpm a lōge. discipu
lus aūt ille qui erat notus pontifici
pontifex fm Jsidoꝝ dī quasi pontē
faciens/eo q₂ via sequentiū: hic est. n.
summus sacerdos ꝛ princeps sacer
dotū cum ceteris intrauit atrium:
petrus aūt foris erat ante ianuam
sed ipse discipulus dixit hostiarie ꝛ
introduxit eū: erat enim frigus: iō
accenso igne in medio atrij petrus
cū ministris sedens foris auditoriū
pontificis calefaciebat se. Quē an-
cilla hostiaria ad lumen intuens di
xit. Nūquid tu de discipulis es ho-
minis istius? certe tu eras cum eo/
ꝛ ad ceteros conuersa: hic inqꝛ erat Petri pᵃ negatio.
cū illo: ad ille negauit coraꝫ oībus
dicens. Nescio quid dicis ego neqꝫ

nouí hoīez istū/neqȝ discipulus ei⁹ sum. Et exiuit foras añ atriuȝ ꝛ gallus cātauit. ¶ Pontifex vō itroducēs iesum in auditoriū iterrogauit eū q̄re discipulos ꝯgregaret/ꝛ q̄leȝ doctrinā pplo p̄dicaret: cui rn̄dit. ego palā locutus sū ī tēplo corā iudeis. Interroga eos q me audierūt tūc vnus assistēs ministroꝝ dedit alapā iesu dicēs. Sic rn̄des pōtifici? Et ait illi iesus. Si male locutus sum testimoniū phibe de malo: si āt bn̄ cur me cedis? Hui⁹ alape pphia hētur in Treñ. 3. dabit pcutiēti se maxillā ꝛ Mich. 6. pcutiēt maxillā iudicis isrl'. ¶ Cū āt petr⁹ egrederet̄ foras vidit eū alia ancilla ꝛ dixit ministris q erāt ad ignē. Et h̄ erat cū iesu nazareno/ad q̄s cū rediȷsset stās ad ignē ancilla ipa/ꝛ q̄dā ali⁹ dixerūt ei. Nūqd tu ex discipulis ei⁹ es? Ille vō negauit ꝛ cū iuramēto dixit/o hō nō sum. ¶ Scō aūt iteruallo q̄si hore vnius ali⁹ q̄dā astātib⁹ affirmabat dicēs: vē h̄ cū illo erat/nā ꝛ galileus ē. Et ceperūt astātes dicē petro: vere tu ex illis es/ nā ꝛ loquela tua manifestū te facit. Marie āt vrgebat petrū vn⁹ ex suis pōtificis cognat⁹ ei⁹ cui⁹ petrus abscidit auriculā dicēs: nōne ego te vidi ī horto cū illo? Ille āt cepit anathematizare ꝛ iurare q̄ nesciohoīe istū quē dicit ȷ. Et stati gallus cātauit. Et ꝯuersus dn̄s respexit petrū: q̄ de respectu corpali ꝛ spūali pōt itelligi. Tūc recordat⁹ petrus v̄bi q̄ dixerat sibi iesus/p̄us q̄ȝ gallus cātet/ ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. ¶ Attēde gradus crime negationis. p° fuit nuda negatio. 2° negatiōi accessit piuriū. 3° piurio accessit anathematizatio .i. maledictio. Itē ad p̄mā negationē ip̄m ipulit vna tātū ancilla. Ad scdāȝ duo/ancilla ꝛ vir. ad tertiā p̄les/q̄ vt dic glo sup mattheū p̄seuerātie ī pcō dat īcremēta sceleꝝ q .n. minima sp̄nit cadit ī maiora ꝛ p̄uoꝝ colloga semꝑ excrescūt. Hui⁹ vō negationis figurā exp̄ssit aaron pōtifex ꝯ̄ moysen. Nu. 14. Itē chusi arachites amicus dauid eū negās. 2. Re. 16.

Xp̄s examinat̄ ab anna.

Alapa cedit̄.

Petri scūda negatio.

Petri 3ª neg°

Nō grad⁹ negatiōis petri.

¶ Sexta pars passionis xp̄i.

Et miut ānas iesum ligatū ad cayphā q erat p̄nceps sacerdotū āni illi⁹/apud quē sacerdotes ꝛ scribe ꝛ seniores ꝯuenerūt. ¶ Adducūt g̃ iesuȝ ad cayphā ī p̄toriū/q̄ cū distinctiōe legēdū eē puto: neqȝ .n. cayphas erat ī p̄torio. Sȝ p° ad cayphā ductus ē examinādus/ide aūt ī p̄toriū: p̄nceps vō sacerdotū ꝛ oē ꝯciliū q̄rebat f'lm testimoniū cōgruū ꝛ veri sile ꝯ̄ iesum vt eū morti traderēt/ꝛ nō iuenerūt cū tñ multi f'li testes accessissent. Nouissime āt duo f'li testes frexerūt dicētes: nos audiuim⁹ eū dicētē. Ego dissoluā tēplū h̄ manufcm̄ ꝛ post triduū aliud nō manufcm̄ edificabo. Ex h̄ āt conabant̄ p̄bare q̄ diuā pōam sibi vsurparet q̄si do. sȝ erant f'li testes: q̄ sensuȝ ꝛ v̄ba xp̄i mutabāt. ip̄e .n. dixerat soluite/ip̄i dicunt ego soluā: ip̄e dixerat tēplum. sed ad templū corpis sui referens: ipsi dicunt tēplum hoc manufactum: ip̄e dixerat ego suscitabo illud q̄ de aīali templo accipit̄: illi dicunt aliud nō manufactum edificabo horuȝ falsum testimonium figurauerunt testes ꝯtra naboth. 3. Re. 21. ꝛ sacerdotes contra susannā Dañ. 13. Et q̄ nō erat sufficiens testimonium istorum perturbatus p̄nceps sacerdotū/q̄ non inueniebat calumnie locum: surgens in medio dixit ad iesum ex verbis eius querens calumniā. Nō respōdes quicq̄ȝ ad

Xp̄s ad cayphā ducit̄.

Queratur falsum testimonium.

ea q̃ tibi obijciunt ab his: ipse vo tacebat. Et pnceps sacerdotũ ait illi. adiuro te p deũ viuũ vt dicas nobis si tu es xp̃s fili⁹ dei viui. dicit illi. iesus. tu dixisti. ego sũ. verũtñ dico vobis / videbitis filiũ hoĩs sedẽtẽ a dextris v̄tutis dei ꝛ venientẽ in nubib⁹ celi. Tũc pnceps sacerdotũ scidit vestimẽta dicẽs: blasphemauit. qd adhuc egemus testib⁹: ecce nũc audistis blasphemiã. qd vobis vr̃? Qui oẽs ꝯdẽnauerũt eũ eẽ reũ mortis. ¶ Tũc expuerũt i faciẽ ei⁹ ꝛ colaphis eũ cederũt / ꝛ velauerũt faciẽ ipsi⁹ pcutiẽtes eũ: ꝛ dicebãt: pphetiza nobis xp̃e. qs ẽ q te pcussit? Cõsputũ figurauit dauid. j. Re. xxj. qñ corã achis imutauit vultũ ꝛ fluebãt saliue i barbã ei⁹. Itẽ colaphis cesuz figurauit mãna pilo tõsum. ¶ Itẽ velatum figurauit Moyses. Exo. 34. Itẽ pphias ei⁹ derisũ figurauit. Hiere. 43. mẽdaciũ tu loq̃ris si te misit dñs. Itẽ Mich. 3. Re. 22. q̃z derisuz i maxillã pcussit sedechias. ¶ Cõfestiz ãt mane fcõ ꝯciliũ fecerũt sũmi sacerdotes cũ senioꝛib⁹ ꝛ scribis ꝛ vniuerso ꝯcilio ppl̃i publice cãz mortꝫ xp̃i q̃rẽtes ꝛ duxerũt illũ i ꝯciliũ suũ dicẽtes. Si tu es xp̃s dic nobis. Et ait illis. si vobis dixero nõ creditꝫ mihi: si ãt iterrogauero ñ rñdebitꝫ mihi / neq̃ȝ me dimittetis. Ex h ãt erit fili⁹ hoĩs sedẽs a dextris v̄tutis dei. dixerũt aũt oẽs: ẽ es filius dei? Qui ait / vos dicitis q̃ ego sũ. at illi dixerũt: qd adhuc desideram⁹ testimoniũ? ipsi. n. audiuim⁹ ex ore ei⁹. Forte i isto ꝯcilio ñ iterrogauerũt xp̃m / sꝫ iã ꝯuictũ ꝛ ꝯfessũ ꝑus q̃uo traderẽt morti tractauerũt. Et ꝯsurgẽs oĩs mł̃titudo eoꝝ adduxerũt xp̃ȝ ligatũ ad pilatũ i ꝑtoꝛiũ / ꝛ ipsi nõ itrauerũt i ꝑtoꝛiũ / q̃ ligatus erat dom⁹ gẽtil̃ ꝑsidis / vt ñ ꝯtaminarent / sꝫ mãducarẽt pascha. Huius rei p⁹ figura ẽ. Nu. 20. qñ ꝯ moysen ppl̃s in seditionẽ surrexit. Ita Hier. 26. apprehẽderũt Hieremiã sacerdotes ꝛ pphe ꝛ oĩs ppl̃s dicẽtes morte moriat hõ iste. ¶ Judas aũt vidẽs xp̃ȝ dãnatũ eẽ ad mortẽ pnia ductus retulit trigĩta argẽteos pncipib⁹ sacerdotũ ꝛ senioꝛibus ppl̃i dicẽs / peccaui tradẽs sanguinẽ iustũ. Qui dixerũt. qd ad nos ptinet si peccasti? tu videris. i. tu videas qd fecisti. Et piectis argẽteis i tẽplo recessit / ꝛ laq̃o se suspendit. Sꝫ dicĩ gl. sup ps. iij. q̃ añ xp̃i resurrectõȝ iudas laq̃o se suspẽdit: nõ tñ añ xp̃i mortẽ. vñ gl. sup mar. d̃ duobus latronib̃: alter / igĩ / ꝑcessit petrũ i padisũ: alĩ iudã i ifernũ. Crepuit ãt medi⁹ ꝛ diffusa sũt oĩa viscera ei⁹. talis. n. pena digna pditoꝛꝫ ꝛ auari ẽ. Ecc. x. nihil ẽ iniq̃⁹ q̃z amare pecuniã. h. n. ꝛ aĩaȝ suã venalẽ hꝫ / qm̃ i vita sua piecit itima sua. Cui⁹ figurã achitophel ꝛ absalõ gesserũt. ij. Re. xvj. ꝛ. xvij. q̃z vterq̃ȝ suspẽsus ẽ / q̃ dõ regẽ pdidit. ꝛ hest. 7 naamã suspẽsus ẽ i patibl̃o / q̃ mã docheo crucẽ ꝑpauit. sacerdotes ãt dixerũt nõ lꝫ ponẽ istos argẽteos in corbonã. i. i dc naria dei / q̃ ꝑciũ sanguĩs est. Et fcõ ꝯcilio emerũt ex eis agrũ figuli in sepulturã peregrinoꝝ / ꝛ vsq̃ȝ in hodiernũ diẽ ager ille vocat acheldemach. i. ager sanguis. Et impleta est pphia Hieremie de agro emendo / ꝛ pphetia zacharie de ꝑcio agri. non absq̃ȝ grãdi mysterio quo significaĩ precio sanguinis chr̃i esse emptũ agrũ. i. mũdũ eius figuli qui finxit hominẽȝ de limo terre in quo qui peregrini sunt fideles sepeliuntur mortui seculo vt christo viuant.

¶ Septima pars passiõis christi

Marginalia (left): Calumniaĩ q̃ filiũ dei se ꝯfitetur. — Cõspuitur ꝛ colaphizatur. — Figura — Figura — Mane facto fit ꝯciliuȝ. — Ad pilatũ duci tur xp̃s ligatus

Marginalia (right): Figura — Judas seipsũ laqueo suspendit. — Figura — Ex trigita denarijs emĩt sepulchꝝ peregrinorum. — Cõpleta prophetia.

EXiuit ergo pilat⁹ ad eos foras ⁊ iesus ligatus stetit añ pñdē. dixit āt pilat⁹ iudeis: quā accusationē afferetis aduersus hoiem hūc: illi vo cū nō hērent sufficientē accusatōz rñderūt. Si nō eēt h malefactor nō tibi tradidissemus eū.

Pilat⁹ recusat cām et iudiciū de xpo.

Pilatus aūt putās iō ipsos tacere accusationē / q: i legalibus eoꝝ aliqd' cōmisisset / ⁊ iō in lege ipsoꝝ pūere puniendus esset recusauit cām ⁊ iudiciū eius: ad ipsos remisit dicēs: accipite eū vos / ⁊ ſm legē vrā iudicate eū. Dixerūt ergo ei iudei: nobis nō lz iterficē quēq̄: vt sermo iesu iplerer q̄ pdixit Mat. 20. se a iudeis tradēdū gētib⁹ / vt crucifigeref. Sz dubiū ē quō iudei dicāt sibi nō licere quēq̄ occidere / cū lex dicat Exo. 22. maleficos nō patieris viuere. Et ꝯstat q: stephanū lapidauerūt. Act. 7. Et dōm ꝙ lege romana puati erāt auctītate / nō ꝙ omnino quemq̄ morti iudicarēt / sed ne iudicarent aliquez ad crucē / quā mortem volebāt chrō iserre: stephanū aūt morti adiudicauerūt aut eū mutabaf magrat⁹ aut lapidatū q̄ mors ipsis nō erat iterdcā. alr itelligit Aug. dcm̄ iudeoꝝ. nobis nō lz iterficere quēq̄ i die festo. alr Chryso. Nob nō lz iterficere quēq̄ p crīe lese maiestatis: ꝙ xpo iponebāt. ¶ Pilatus vo ex vbis eorū itelligēs ꝙ nō penā legalē / sz interfectōez chrī peterēt voluit iterfectōis cām audire. Ceperunt āt illū accusare ꝙ eēt ꝯrī⁹ reipublice pncipatui i duob⁹ dicētes. hūc inuenim⁹ subuertētē gētē nrāz ⁊ phibētē tributa dari Cesari / ⁊ dicētē se chrīz regē eē.

Accusatur coraz pilato christus.

Et cū accusaref a pncipib⁹ sacerdotū ⁊ senioꝛib⁹ nihil rñdit: tūc dicit illis pilatus: nō audis q̄ta aduersū te dīt testimonia? Et nō rñdit i pñtia iudeoꝝ ad vllm vbū / ita vt miraref pses vehemēter. Introiuit ergo pilatus in ptoriū ⁊ vocās ad se iesū: pmā qdē accusationē d tributo Cesaris nō admisit: audierat. n. ab Herodianis eū dixisse: reddite q̄ sūt Cesaris Cesari: sz de 2a iterrogauit accusatiōe eū. tu es rex iudeoꝝ? cui rñdit iesus: a temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me? rñdit pilatus cām istā se a iudeis didicisse: nūqd ego sū iude⁹? ⁊ gēs tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi puniendū p ista cā: qd fecisti? Et tūc ait iesus. Regnū meum nō est de hoc mūdo: si. n. de h mundo eēt / ministri mei vtiq̄ decertarēt vt nō traderer iudeis. Et q: p solo regno mūdi regis certāt: hinc pz nihil ꝯ Cesarē agere chrīz dicētē se regē: dixit itaq̄ pilatus: ergo rex es tu? Et rñdit chrūs. tu dicis. i. veꝝ dicis / q: rex sū ego: ego. n. ad hoc natus sū ⁊ veni in mūdū / vt testimoniū phibeā vitati quā qui amat audit vocē meā. Et dixit pilatus: qd ē vitas? Et exiēs ad sedādū iudeorū tumultū qd eēt vitas nō audiuit. ¶ Aduertēdū āt ꝙ māichei ad cōfirmatōez sui erroris vtūf vbo xpi dicētis. regnū meū nō est de h mūdo. q̄si regnū celi tātū ⁊ nō terre sit dei: cui⁹ ꝯrīū ait. ps. qm̄ rex ois terre ds. Et d seipso ait chrīs Mat. 28. data ē mihi ois ptās in celo ⁊ i terra. Et Jo. 13. sciens q: oia dedit ei pr in manus: ergo vbū illud regnū meum nō ē d hoc mūdo dupr itelligit. p⁹ ſm Augu. accipiēdo regnū p his q̄ regūt: sic fideles electi sunt regnum dei Apoc. v. fecisti nos do nro regnū. Regnū ꝙ lz sit in hoc mundo p inhabitationē: nō tn̄ est d mūdo sz de celo p affectionē. ¶ Scdo vt dicit Chrysosto. accipiēdo regnū

ꝑ aticĩlate regia: hãc ãt xp̃s nõ h̃z ď h̃ mũdo/s̃z ď p̃re origĩalr. Dañ.7. filius hoĩs venit ad antiquũ dierꝫ ⁊ dedit ei p̃tãtẽ ⁊ honorẽ ⁊ regnũ. Cum ḡ pilatus exisset ad p̃ncipes ⁊ turbas dixit eis: nihil inuenio cãe in hoĩe isto: tũc illi aggrauauerũt accusatiões illas duas crimine sedi tiõis dicẽtes q̃ a galylea vs̃qꝫ hierosolymam cõmouisset oẽm pp̃lm eius dicẽs se regẽ/⁊ nõ soluẽda eẽ tributa: audiẽs aũt pilatus galileum ⁊ cognito q̃ de herodis p̃tãte eẽt q̃ erat rex galylee/misit eum ad herodẽ ipsis dieb⁹ hierosolyme existentẽ. Ecce iaꝫ bis declinauit pilatus examinare cãm eius p⁹ ad iudeos/nũc ad Herodẽ remittẽs iudiciũ.

Ad herodem mittit.

gauisus est aũt herodes viso iesu/q̃ multa ď ipso audierat/ ⁊ sperabat aliq̃d ab eo signũ videre fieri. Et iterrogauit eũ multis s̃monib⁹ q̃ nihil oĩo sibi r̃ndit. Stabãt ẽt p̃ncipes sacerdotũ astãtes accusantes ip̃m: idq̃ꝫ spreuit eũ Herodes ⁊ exercit⁹ eius ac idutũ veste alba q̃si fatuũ remisit ad pilatũ: ⁊ ipsa die fc̃i s̃t amici herodes ⁊ pilat⁹/nã ãtea erãt inimici pp̃ necẽ q̃rũdã galileorũ q̃s pilat⁹ occiderat vt dr̃ Luc.xiij.

Spreuit eũ herodes.

Ad pilatum remittit.

¶ Octaua pars passionis christi.

Pilatus aũt ꝯuocatis p̃ncipib⁹ sacerdotũ ⁊ magr̃atibus ⁊ plebis/dixit ad illos: obtulistis mihi hũc hoĩem q̃si auertẽtẽ pp̃lꝫ. Et ecce corã vobis iterrogãs nihil inuenio de his in q̃b⁹ euꝫ accusatis de vsurpatiõe regni ⁊ p̃hibitõe tributi/sed neq̃ꝫ herodes: nã remisit illũ ad nos: ⁊ ei ergo nihil dignũ morte fecerit si q̃ cõmisit in v̄ris cerimonialib⁹ ꝑ ipsis punitũ dimittam. ¶ Per diẽ ãt solẽnẽ i mẽoria pp̃li libati ab ãgelo occidẽte egyptios/ꝯsueuerat p̃ses dimittere pp̃lo vnũ victũ quẽ voluissent. h̃ebat ãt tũc vnũ vinctũ isignẽ ⁊ nõbilẽꝫ q̃ dicebat barrabas/ q̃ pp̃ homicidiũ in seditõe fc̃m/⁊ q̃ latro erat tenebat i carcere occidẽdus. Et dedit pilat⁹ optionẽ pp̃lo quẽ vellẽt/iesum an barabã dimitti. sciebat.n. q̃ pp̃ inuidiã tradidissẽt iesũ: iõ q̃rebat oportunitatẽ liberãdi eũ: neq̃ꝫ putauit tãtã eẽ pp̃li ingratitudinẽ vt ꝑ xp̃o p̃eligerẽt homicidã. P̃nceps aũt sacerdotũ ⁊ seniores p̃suaserũt pp̃lo vt peterẽt barrabã/iesum vo ꝑderẽt. Et clamauit sil' vniuersa turba dicẽs. tolle hũc/⁊ dimitte nobis barabã. huiꝰ rei figura ẽ Leui. xvj. de duob⁹ hyrcis: vno imolato/ altero cũ pctĩs pp̃li relicto: altera figura ẽ.ij. Re. 10. q̃ pp̃ls spreto dõ rege elegit saulem.

Figura

¶ Tũc pilatus app̃hẽdit iesuꝫ ⁊ flagellauit/q̃ iussit eũ flagellis cedi: hoc iõ vt penis eius pp̃ls saciatus desisteret necẽ ipsius petẽ. Cuius flagella figurauit p⁹ q̃dẽ mãna pillo tõsum. Exo. xvj. Itẽ Job vlcerat⁹. Job. ij. Itẽ Hieremias v̄berib⁹ cesus. Hier. 37. Itẽ eleazarus plagis pemptus. 2. Macħ. vj. Et post flagella milites illuserũt ei/exuẽtes eũ p̃prijs vestimẽtis/clamidẽ coccineã/vel purpureã circũ dederũt ei/⁊ plectẽtes coronã ď spinis iposuerũt capiti ei⁹/ ⁊ dederũt illi in ďxtera arũdinẽ ꝑ sceptro ⁊ genu flexo salutabãt eũ dicẽtes: aue rex iudeoꝝ. ⁊ p̃ter illusiones: tres ignominias itulerũt ei/q̃ dabãt ei alapas ⁊ ꝯspuerũt faciẽ ei⁹ ⁊ arũdinẽ pcutiebant caput eius vt spine capiti ei⁹ ifigerẽt/q̃s dic̃ Bern. q̃si ad cerebꝝ penetrasse. Et q̃ gẽtiles ad istãtiã iudeoꝝ sic illuserũt xp̃o: iõ ad detestatiõeꝫ hui⁹ facti/ hodie cũ solẽniter orat ecclia ꝑ oĩb⁹ gẽtibus ⁊ statibus dicit flectamus ge-

nua: ꝓ solis aũt iudeis orãtes nõ flectim⁹ genua. Rursus i recõpẽsa tionẽ illius derisorie adoratõis cũ lignũ crucis hodie publice ostẽdit trib⁹ vicib⁹ genua flectẽtes dicim⁹. venite adorem⁹: vestitũ ch'ĩm purpura figurauit altare holocaustorũ purpureo pallio circũtectũ. Nu me. 4. Itẽ spinis coronatũ figurauit aries iter vepres. Gen. 22. Itẽ archa federis de lignis sethiz q̃ sũt albe spine silua. Exo. 26. Itẽ illusũ figurauit Isaac quẽ hysmael deludebat. Gen. 21. Itẽ figurauit Sanson corã phylisteis delusus. Iudic. xvi. ¶ Exijt ãt iterũ pilatus foras ad pp'lz ꝛ dixit eis. Ecce adduco eũ vobis foras vt cognoscatis qꝛ i eo nul lã iuenio cãz. Exijt ḡ iesus spectaculũ lachrymabile portãs spineã coronã/ꝛ purpureũ vestimentũ: ꝛ dixit eis. ecce hõ. q̄ȝ nihil videbat eẽ nisi fragil' ꝛ isortunat⁹ hõ. ¶ Qñ cũ vidissent põtifices ꝛ ministri nõdũ saciati penis ei⁹/sz sicut fera bestia gustato sanguine ampli⁹ ꝓuocati clamabãt dicẽtes. Crucifige crucifige eũ. hoc ꝓ° petũt vt cruce occidatur in nullo mitigati ei⁹ flagellis ꝛ illusiõib⁹: ꝛ vt dicit Aug. erat hora diei tertia cũ istud clamauerũt. Et r̄ndit pilatus. qd. n. mali fecit hõ iste vt occidat? ego nullã cãm mortis iuenio in eo: at illi magis vocibus clamabãt. Crucifigat. iam desierãt allegare cãm/sed irrõnabiliter clamoribus q̄rebãt penã: pilat⁹ vo hoc oĩno facere recusauit dicẽs. accipite eum vos ꝛ crucifigite: ego enĩ nõ iuenio cãm in eo. ¶ Tũc in

3ª accusatio.

